FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Canones Peniten||ciales Venera[n]di patris Astexa=||ni Ordinis Minoru[m] per varios casus expressi. ||

### Astesanus <de Ast>

### Cracoviae, 1534

Incipiuntur Canones penitenciales secundum processum Venerandi patris Astexani Ordinis Minorum per varios caius expressiatque i tractatulum breuiter collecti.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150274**

Visual Library

# Incipiunt Canones peniten- ciales ſecundū proceſſum Venerandi patris Aſtexani Ordinis Minorū per varios caſus expreſſi atq̄ i tractatulū breuiter collecti.

PRO PECCATO mortali penitēcia de rigore iuris ēſt iniungēda ſeptennis. vt notat̄. c. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. & in, c. predicādū xxij. q. j. Caſus ibi eſt. Quod poſt penitenciam ſeptennem peniteñ. ad priſtinum ſtatum redire poſſunt. Et dicitur de rigore iuris, quia Panor. ſuper c. Deus qui. Extra de peni, & remiſſ. dicit Quod nō eſt neceſſe, vt quis tantam penitenciā agat, quia hoc eſt ordinariū, ſed poteſt eſſe tanta contritio, & alie qualitates alleuiantes delictum, ita q̄ nō ſit neceſſe tam longam penitenciā agere & hoc notat glo. c. ſunt plures de peni. diſtin. iij. in verbo mille.

¶ Sed nunquid pro vno quoq̄ mortali peccato ſeptēnis penitencia eſt imponenda. Argumentū ſupra xxxiij, q. ij. c. hoc ipſum ſcōm hoc ergo nō ſufficit vita hominis ad explēdā huiuſmodi ſatiſfactionem. Reſpondeo ſine dubio cuilibet mortali ſeptennis penitencia debet̄, ſed tamen quia arbitrarie ſunt huiuſmodi penitencie arbitrabitur & arbitrabit eas iudex infra tempus congruū penitendi, Argumētū. xxvj. q vij. ca tpa penitudinis.

¶ Sciendū q̄ penitencia moderanda eſt per ſacerdotem ſecundum arbitrium diſcreti viri, & pondera verboꝝ moderāda. Nam ſonat in diminutionē. vt in ca. finali infra de verborū ſignificatiōe, diminuit ergo penitenciā ordinariā ſcōm

arbitrium ſuũ. Sed vt dixi requirit arbitriũ diſcreti ſacer-dotis nõ ergo hoc dimittit ſue voluntati libere. hec Panor, ti. hoc de peniten. ⁊ remiſſ. ca. deus qui. Item ipſe ſacerdos poteſt ex officio ſuo diſpenſatiue multũ de penitentia remittere vt eſt textus notabilis Aug. de peni. diſtin. j. in ca. quẽ penitet ⁊ maxime in ipſius orationibus ⁊ bonis operibus. Unde ſacerdotes dicunt comedere peccata populi. Prima q. j. c. Ipſi ſacerdotes. Et quanto ſiunt ſanctiores tanto facilius a deo exaudiunt, ⁊ ideo ſemꝑ debẽt eligi ſanctiores ad intercedendũ ꝓ peccatore. licet eñ omẽs ſacerdotes ſine criminis differentia pariter conficiant Uerũ corpus Chriſti. q, j. ca. Si fuerit. ⁊ ca. multi. de cohabitatiõe clericoꝝ ⁊ mulierũ ca. veſtra. Tum inquantũ preces mittunt ad deũ ꝓ peccatoribus nõ ita exaudiũt mali ſicut ⁊ boni. Unde alibi Canon dicit. Si is qui diſplicet ad intercedendum mittit irati animus ad deteriora prouocat iij. q. vij. Iudicet, ⁊ c. in grauibus, ⁊ vide textum xlix. diſtin. In principio ⁊ quod ibi notat hec Panor. loco quo ſupra.

Preſbyter ſi fornicationẽ fecerit (quamq̃ʒ ſecundum canones apoſtolorũ debeat deponi tũ iuxta auctoritatem beati Silueſtri ſi in vitio nõ ꝑdurauerit) decem annos penitenciam agat ſacco indutus humi adhereat, tribus menſibus continuis a veſpera vſq̃ʒ ad veſperã pane & aqua vtatur. Exceptis dominicis diebus, & feſtis quibus annis expletis poteſt eum Epiſcopus ad priſtinũ ſtatum reuocare. Modus aũt huiuſmodi penitencie decennis in ſumma Aſtenſis magis ſpecificatur, hec in ca. Preſbyter lxxxij. diſtin. Et canon ille eccleſię occidentalis ſacerdotes tangit omẽs: nõ autem oriẽtalis quę votũ cõtinẽtie nõ obtulit, vt ca. aliter xxxj. diſtin.

¶ Ortum aũt habet iſte Canon omniũ criminum ex veteri teſtamẽto. Habet enĩ in Leuitico ca. viij. de hoſtio quoq; tabernaculi nõ exibitis ſeptem diebus vſq; ad diem quo tpus eſt ꝯſecratiõis veſtre. Septem enĩ diebus finit ꝯſecratio, die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruantes cuſtodias domini ne moriamini ⁊ ita cogebant abſtinere ab vxoribus ⁊ viuere caſte iſtis diebus quo ſacrificabant. Preterea ex diuo Paulo j ad Thimo, iij. vbi ſic inquit. Oportet antẽ Epm ſobriũ pudicum eſſe, ⁊ paulo poſt Dyaconos ſimiliter pudicos.

Quatuor pene reperiuntur in iure a quarũ impoſitione impedimentũ infertur ordinibus, vt habet de iudicijs ca. cũ nõ ab homine de maioritate ⁊ obedientia ca. ij. Et q̇ filij ſũt legittimi ca. per venerabilem, ⁊ ij. q. vij. §. quia go. ⁊ v. q. vj. ca. delatori. Et xxiiij. q iij. ca. corripiant. Prima eſt degradatio. Scða verbalis depoſitio. Tercia ſuſpenſio ab officio. Quarta excõicatio. Prima pena nõ ledit caracterem, ſed priuat totaliter exercitio ordinis ⁊ habitu ipſius ordinis. Ita vt decetero nõ debeat reputari vel haberi ꝓ clerico, ⁊ ideo verberans ipſum nõ incurrit excõicationẽ, hec Bartho. Brixenſis. Ita etiã dicit textus in ca. degradatio infine de penis li. vj. ⁊ illa appellat quandoq; depoſitio perpetua, vt ibidẽ dicit tex. Archidiaconus ita dr. Degradatio vel ſolennis depoſitio eſt quando aliquis eſt priuatus officio ⁊ benefitio ſolenniter. ſcilicet cũ inſignia ſunt illi ablata. xj. q. iij. ca. Epus preſbyter. Et dicit Alexandrinus in ca. accedens diſt. l. ꝙ debet dici per Epm priuamus te ſacro ordine clericali, ⁊ omĩ priuilegio clericali, ⁊ te ad penitentiã deputamus ⁊ tradimus te ſeculari curie, q̇a dicit iudici ſeculari vt eum in ſuum forũ recipiat. De verboꝝ ſignificatiõe c. nouimus. Talis tamẽ ſic degradatus conficit corpꝰ chriſti ſi celebrat, ſed grauiſſime peccat ⁊ hec eſt cõis opinio Canoniſtarũ ⁊ Theologoꝝ. Et eſt talis ratio, q̇a talis retinet caracterem, ⁊ a poteſtate caracteris dependet poteſtas ꝯficiendi, vt notat Innocentius de ſciſmaticis c. j. Item patet ꝙ ſi papa talem reſtitueret nõ ordinaret eum iam denuo, licet in

inſignia illa ablata ſibi reſtitui deberent xj.q.iij.ca.Epūs.⁊ ſic patet ꝙ ordinem retinet quo ad caracterem ⁊ nō eſt vis ſiue fiat in eccleſia ſiue extra,ſiue ſit epūs indutus pontificalibus ſiue nō, ⁊ ꝯparatur capitis diminutioni de accuſationibus ca.qualiter ij.⁊ dr̄ actualis degradatio. Pro intelligētia iſtius ꝙ capitis diminutio eſt ſtatus cōmutacio quia caput in propoſito tantū valet ſicut ſtatus.et eſt triplex minima: Quando nec ciuitatē amiſit in qua morat̄, nec libertatem ſed tm̄ patit̄ circa ſe ſtatus cōmutationē circa familiam vt qui iuris ſui incipit eſſe ſubiectus, vt ſi filius familias a patre emancipatus fuerit eſt capite diminutus. Media etiā ſalua libertate ciuitas amittit̄, vt cū relegat̄ ad exiliū ꝑ quinquenniū, vel banit̄. Maxia cū ciuitas amittit̄, nec libertas retinet̄, vt cū deportat̄ quis in inſulā ⁊ ſeruus efficit̄, aut in metallum damnat̄.

Secunda pena depoſitio. Iſta non ledit caracterem, nec priuat habitū ordinis, quia talis debet etiā poſtea haberi ꝓ clerico vt remaneat ſub iuriſditiōe iudicis eccleſiaſtici de iudicijs ca. Si clerici, ⁊ ca. cū nos ab hoīe lxxxj.diſ Et ideo ſi quis talem ꝑcutit, vel verberat incurrit excōicatione, ſed bene priuat totaliter depoſitū exercitio ordinū ⁊ ꝑpetuo.vt dr̄ l.diſ.ca.accedens, ⁊ de clerico excōicato minori excōicatiōe ca.j. Et optimus textus de iudicijs ca. At ſi clerici archidiaconus depoſitus eſt ille qui eſt priuatus officio ⁊ benaficio nō ſolenniter, ſed per ſentenciā depoſitiōis ergo dicitur verbalis depoſitio per ſpeculatorem ideſt ſolo verbo quādo videlicet ob crimē aliquod ſentencia depoſitionis in eum ꝓfert̄ ⁊ equiparat̄ apud legiſtas deportatiōi. Deportare enī eſt aliquē ꝑpetuo exilio damnari.ideſt qui ob aliquod maleficium in inſulam deportat̄ ciuitatē amittit.id eſt ius ciuitatis in qua habitabat, ⁊ habet̄ ꝓ mortuo.

¶ Sciendū ꝙ aliqui doctores dicūt ꝙ inter degradationem ſolennem ſiue actualē ⁊ degradationē nō ſolennē ſiue verbalem nullam eſſe differentiā quo ad effectū. Sed tu dic ꝙ in maioribus criminibus ſolennitas adhibet̄ quia inſignia auferunt̄. ⁊ vbi incorrigibilis apparet ⁊ in ꝓfundū maloꝝ

peruenit xvij. diſtinc. ca. Nec licuit alias nõ. Sed eſt incar-
cerandus, vel etiã ſi eſt ſpes de correctiõe cũ depoſito papa
diſpenſat de verboꝝ ſignificatiõe ca. Nonimus. Itẽ cũ diſ-
poſito ſolẽniter ſolus papa diſpenſat. Cũ depoſito vero nõ
ſolenniter eps̃ de clerico minori excõicatione excõicato ca.
clerici. xv. q. vij. etiã quia in ſolenni neceſſarij ſunt plures
Epi in vno ordine ꝙ in alio. ergo neceſſaria eſt preſentia e-
piſcoporum, ⁊ alie ſolennitates, vbi vero nõ ſolenniter ſolus
epiſcopus cũ capitulo ſuo d̃ hac materia vberiori vide Spe
culatorem Rubrica de accuſatiõe. §. ij. loco. Tercia pena ſ.
ſuſpenſionis hec nõ ledit caracterem nec priuat habitu cle-
rici, nec priuat exercitio ordinis. Sed ipſum ordinis exerci-
tiuũ ad tp̃us ſuſpendit, ad hoc optimus textus in dicto ca-
pitulo. Ac ſi clerici, ⁊ vide optimũ textũ xxiiij. q. j. ca. Is.
⁊ iſta apud legiſtas equiparat᷑ relegationi. Quarta pena
eſt excõicatio tm̃ ad ordinẽ eundẽ effectũ habet quem habet
ſuſpenſio. Cum etiam illa limitet᷑ ad tp̃us contumacie poſt-
ꝙ ꝓfertur de conſtitutiõibus ca. ex liberis. hec Alexandri-
nus, ⁊ hec apud legiſtas compat᷑ interdicto aque ⁊ ignis. ff.
de penis de lege. ij. ff. Ad legem Juliam.

¶ Poſſimus etiã ⁊ ab ipis gentilibus accipe argumentum
⁊ exemplũ vt ſcribit Aug. ad fratres in Heremo ſermone.
xxxvij. vbi aſſerit ſe vidiſſe in Ethiopia dum predicaret ſa-
cerdotes gentiliũ vx oratos tante tamẽ abſtinencie erant ꝙ
ſolum eas in anno ſemel tangere volebant, ⁊ alios qui in il
la ſeptimana in qua dijs thura offerre debebant ab omni car
ne ſe labis abſtinebãt. Interdicta erant forme atqȝ conceptio
nes verboꝝ quibus pretor aut iubebat aliquid fieri aut fieri
phibebat. De iſtis interdictis vide in glo. in ca. paſtoralis
ehi. de cauſa poſſeſſionis ⁊ ꝓprietatis Speculatorem eodem
ti, Innocentiũ in ca. cũ ad ſedẽ ti. de reſtitutiõe ſpoliatoꝝ.

Si preſbyter filiam cognouerit ſpiritualem quã
ſcilicet baptiſauit, aut confirmatione vel baptiſ
mo tenuit, aut que ſibi confeſſa fuit, penitentiã
debet agere xij. annis. Et etiam ſi crimen ſit ma-

niſeſtum deponi debet & peregrinando duode
cim annis peniteat, & poſtea monaſteriū intret,
in tota vita ſua ibidē moraturꝰ. Epiſcopus vero
qui talia cōmiſit peniteat xv. annis. Ipſa vero cū
qua delictum perpetratum eſt oīa debet relin
quere, & bona ſua pauperibus dare, & conuerſa
fiat vſqꝫ ad mortē in monaſterio Deo ſeruire de
bet xix. q. j. ca. Si quis ſacerdos. Epūs vero &c.

¶ Hoc idem habeť li. vj. de cognatiōe ſpirituali ca. veniens
quod per cathecismū ſit impedimentū ad contrahendū ma-
trimoniū, ſed ſi contractū fuerit minime ſepanť. Sed p bap
tiſmū ⁊ ꝯfirmationē fit impedimentū ⁊ ad ꝯtrahendū, ideſt
nō debent ꝯtrahē, ⁊ ad dirimendū, ideſt ſi ꝯtraxerint debēt
ſeperari ca. Quāuis plures. §. De confirmatiōe. Et hoc idē
vult Pano. ti. de cognatiōe ſpirituali ca. ex literis li. iiij. de
cretaliū. Et hec cognatio ſpiritualis ſolum contrahiť in ſa-
cramento baptiſmatis ⁊ ꝯfirmatiōis vnde per penitenciam
efficitur filius, vel filia ſpiritualis ſed nō oriť cognatio ſpūa-
lis impediens ⁊ dirimens matrimonium. ⁊ que predicta
ſunt de baptiſmate procedunt etiā de laico qui baptiſaret in
neceſſitate. quia iura loquunť indiſtincte indiſtinctiōe baptiſ-
mate. Nam ſi laicus leuans vel tenens in baptiſmo contra-
hit iſtam cognationem ſpiritualem. Fortius idem dicendum
eſt in laico baptiſāte, ⁊ ibidē diciť ſi mulier baptiſaret, quia
nō eſt differentia iter maſculū ⁊ feminā quo ad iſtam cogna-
tionem ſpiritualem in ca. finali eodē ti. li. vi.

¶ Obiciť primo, ſed videť quod hoc ſacramentū peniten-
cie contrahať cognatio ſpūalis, pp̄ter hoc per ca, oēs quos.
q. xxx. q. j. vbi habeť oēs quos in penitencia ſuſcipimus ita
vt noſtri ſint ſpirituales filij, vt ⁊ ipſi quos vel nobis ſuſci
pientibus, vel ſub trine merſiōis vocabulo mergētibꝰ vnda
ſacri baptiſmatis regenerauit. Ad hanc obiectionē reſpon-
deť q̄ lꝫ ⁊ ipſi, nec notat oīmodā ſimilitudinē niſi quo ad
ipſum ſacerdotem qui ſuſcipit penitēciā. Filiꝰ enī eius bene

poteſt ducere quam pater ſuſcepit ad penitentiã nõ tamen quam immerſit in baptiſmo. Multa eñi attendũt in batiſmo que nõ attendunt in penitencia. Si eñi te ſuſcipio ad penitenciam nõ ideo parentes tui mihi compatres ſunt, ꝛ p baptiſmũ plena fit remiſſio, hoc eſt a pena ꝛ a culpa nõ aũt per penitenciam. Si ergo laicus audiat in neceſſitate peccata alicuius mulieris nõ poteſt pꝰea cũ ea cõtrahere. Argumẽtũ hic, ſi tamen contrahit forte tenet matrimoniũ. Videtur eñi tatum hoc ſacerdoti ꝓhiberi, cũ eius tantum ſit officiũ audire peccata confitencium.

¶ Obicit ſcdo. Tu dicis hic ꝙ in baptiſãdo cõtrahit cõpaternitas, ſed monachi ex offitio quandoqꝫ debent baptiſare, ꝛ tamen nõ poſſunt fieri compatres vt xviij. q, ij. c. peruenit Reſpondeo poſſunt eſſe compatres baptiſando, ꝛ nõ leuando vel tenendo. ¶ Ortum aũt habet Canon iſte ꝛ alij multi ſequentes ex veteri lege vbi tales illiciti coitus ſunt ꝓhibiti Legimus eñi in Leuitico ca. xxj. Qui dormierit cũ nouerca ſua ꝛ reuelauerit ignomiam patris ſui morte moriantur ambo. Sanguis eoꝝ ſit ſuꝑ eos. Si quis dormierit cũ nuro vxore filij, vterqꝫ moriant. Qui ſupra vxorem filiã duxerit matrem eius ſcelus operatus eſt, viuus ardebit cum eis, nec tantum nephas ꝑmanebit in medio veſtri. Turpitudinẽ matertere ideſt ſororis matris ꝛ amite. ideſt ſororis patris nõ diſcoopias. Qui coierit cũ vxore patrui, ideſt fratris ſui patris aut auunculi, ideſt fratris ſue matris ꝛ reuelauerit ignominiam cognacionis ſue portabunt ambo peccatũ ſuũ abſqꝫ liberis morient. Qui duxerit vxorem patris rem facit illicitam turpitudinem fratri ſui reuelat abſqꝫ liberis ſuis morient

Quicunqꝫ filiam ſuam ſpiritualem, vel matrem cognouerit, ſeptẽ annis peniteat, & ſimiliter ei conſencien. ca. nõ oportet xxx. q. iij.

Quicunqꝫ contrahit cũ aliqua alij per verba de preſenti deſpõſata illa demiſſa xj, diebus in pane & in aqua ieiunet, & annis ſeptem ſequentibus

pẽniteat hec capitulo accepiſti extra de ſpõ.duo.
¶ Et melius in ca, duos dudum ti.de ſpon. duoꝝ ⁊ ratio
canonis quia poſtq̃ inter perſonas legittimas conſenſus le-
gittimus de preſenti interueniret qui ſufficit in talibus iux-
ta canonicas ſanctiones, ſepius ca. cũ alijs de facto cõtrahit
etiam ſubſequente copula carnali cũ ſcḋa, vel ſcḋo etiã inſta
cie ecelcſie quod prius de iure factum fuerat nõ poterat ir-
ritari, q̃a copula carnalis nõ facit matrimoniũ, ſed ↄſenſus.
¶ Duplitia ſunt ſponſalia, vt habet̃ iiij.ſenten.diſ.ij. Que-
dam p̱ verba de futuro, ⁊ iſta dicunt̃ ꝓprie ſponſalia, a ver-
bo ſpondeo.des.erat enim mos veteribus ſtipulari ⁊ ſpon-
dere ſibi vxores.ff.de ſponſalibus li.ij. ¶ Et contrahuntur
quinq̃ modis. Primo per verba ad hec apta, vt accipiã te in
meam, ⁊ ego te accipiam in meũ. Scḋo cum minores (ideſt
quando maſculus nondũ habet, vel attigit xiiij.annũ, ⁊ pu-
ella xij.) exprimunt conſenſum de preſenti. Tercio per da-
tionẽ arroꝝ, hoc eſt denarioꝝ inter ſponſum ⁊ ſponſam in ſi-
gnũ matrimonij contrahendi. Quarto per immiſſionem an-
nuli. Quinto per iuramentũ. Contrahunt̃ aũt inter ſepten-
nos, ⁊ inter minores, effectus ſponſalioꝝ eſt quod inducũt
publice honeſtatis iuſticiam impedientem ⁊ dirimentẽ con-
trahendũ ſi ſunt maiores ⁊ iurauerint niſi deterius timeat̃
¶ Diſſoluunt̃ aũt ſpõſalia de futuro multis modis. Primo
per ingreſſum religiõis quod optinet etiã in ſpon.de preſen-
ti anteq̃ matrimoniũ conſumat̃ p̱ copulam carnalem. Scḋo
per ſuſceptionẽ ſacri ordinis. Tercio cum mutuo ſe abſoluũt
Quarto cũ alter recedit ad longinquã regionem. Quinto
cum alter incurrit in lepram, vel magnã corpis deformitatẽ
Iſta tamen nõ diſſoluũt matrimoniũ de preſenti. Sexto ſi
ſupueneri affinitas. Septimo ſi alter fornicat̃ carnaliter.
Octauo cum alter fornicat̃ ſpiritualiter ideſt cũ alter tran-
ſit in hereſim. Nono cum contrahunt ſcḋa ſponſalia de pre-
ſenti. Decimo cũ minor p̱ueniens exiſtens impubes p̱uene-
rit ad etatẽ adultam nõ vult ſeruare quod fecit. Undecimo
cum ſupuenit ſpiritualis cognatio vel legalis. Duodecimo.
cum quis ꝓmiſit contrahere infra certũ tp̄us nec ſtetit per

cum quo minus infra illud tempus contraheret. ¶ Alia ſunt ſponſalia improprie dicta que fiunt per verba de preſenti, Et proprie dicuntur matrimoniũ ad quod requirit̃ conſenſus puberum coniungendo verbo tamen ſunt neceſſaria quo ad eccleſiam et hoc in loqui potentibus Alias ſecus. Verba aũt ad hoc apta ſunt Accipio te in meam ꝛc. Idem eſt ſi dico promitto quo ab hac hora in antea habeo te pro legittima ⁊ econuerſo.

¶ Impedimenta matrimonij eſt error perſone. Errare eñ aliud pro alio putare vt qui contrahit cum Katerina ⁊ credit ſe contrahere cum anna ⁊ talis error dirimit matrimonium. Error conditionis ſi liber contrahit cum ſerua quã credebat liberam dirimit matrimonium niſi forte poſtquã ſciuit verbo vel facto conſenſit. error aũt fortune vt ſi credo contrahere cum diuite ⁊ contraho cũ paupere nõ dirimit matrimonium. Error qualitatis vt ſi contrahо cũ corrupta ⁊ credo eam eſſe virginem ẽtiam non dirimit.

¶ Votum ſolenne dirimit etiam matrimonium quod fit vel per ſuſceptionem ſacri ordinis vel profeſſionem tacitam aut expreſſam quod ſolum fit in manibus prelati. Alia omnia vota ſunt ſimplicia que ſunt impedimentũ ad contrahẽdũ ſed non dirimit matrimoniũ, tali tũ fidefracto imponenda eſt penitencia per confeſſorem.

¶ Duplex eſt votum ſolenne quod fit in manibus ipſius prelati verbigratia quando homo ſuſcepit ordines tunc imponit duos digittos. dit fit tribus modis vel ſuſcipiendo ordines maiores. ⁊ dicit maiores ad excludendum minores vt acolitos vel ſuſcipiendo profeſſionem cum iurat ſuis ſenioribus, ⁊ fit dupliciter expreſſa ⁊ tacita. expreſſa quãdo aliquis adueniente tempore iurat ⁊ profitetur ſeruare caſtitatem paupertatem. obedienciam. Tacita quando aliqs vltra annum vnum diem morat̃ ⁊ non vult ſuſcipere regulam eſt profeſſus quia iam tempus cõſummauit. ¶ Simplex vt quando aliquis vel aliqua exiſtens i infirmitate ⁊ promittit ſeruare caſtitatem ⁊ alia plura huiuſmodi in tali voto non debet copulari. Si aũt eſt copulatus tenet matrimonium ⁊ non dirimitur tamen debet penitere pro vo

to promiſſo ¶ Item duplex eſt peccatum mortale quia o͞m̄ e peccatum mortale aut inducit penam damni ⁊ ſic eſt ori ginale. Quia illi pueri infidelium ſine abſq; baptiſmo morie͞n habebunt penam damni, Quia non videbunt vultum dei. Aut inducit non ſolum penam damni, ſed etiam ſenſ9 ſic eſt omne peccatum mortale que ſunt ſeptem ſaligia o ber dicitur peccatum mortale.

¶ Sponſalia de præſenti dupliciter fiunt, ſimpliciter vt ego te accipiam in meam ⁊c. ⁊ tale tenet. Et cum conditio nibus vt cum ego dico promitto te ducere tali conditione ſi mihi pater tuus dederit 200. florenos pro dotalicio et ta le matrimonium dirimit.

¶ Duplices ſunt conditiones alique ſunt que compaciunt ſe cum matrimonio vt bona matrimonij vt fides q̄ nunq̄ debet cognoſcere aliam, proles. Et ſacramentum. Aliquæ ſunt conditiones contra bona matrimonij vt cum aliquis dicit puelle Ego te promitto ducere ſi dabis mihi facultatē te proſtituendi vt ego habeam ex hoc victum ⁊c, Illa antē contrahendo matrimonium voluerit talia facere Ipſe antē voluerit dirimi non poteſt quia ſunt conditiones cōtra de um ⁊ bonum matrimonium. Conditio licita ſi appoſita fue rit in matrimonio vel alio contractu niſi ſeruetur non eſt matrimonium. Ut ego te recipiam in meam ſi parēs tuus dederit mihi centum florenos pro dote non tenet matrimo nium niſi conditio fuerit adimpleta, niſi ab ea conditione fuerit receſſum per ſubſecutum purū conſenſum de præ ſenti vel carnalem copulam de conditionibus appoſitis ca. de illis ⁊ ca. ſuper eo. ⁊ ca. per tuos. Impoſſibilis aūt vt ego te recipio in meum ſi tāgas celum. Uel ilicita cōditio que non eſt contra naturam matrimonij habetur pro non abie cta, ideſt, tenet matrimonium dato q̄ non fuerit impleta vt ego te, Annam Ruſkowne recipio in meam. Si furtū feceris ſi parentem interfeceris. Si aūt eſt illicita contra ſubſtanciam matrimonij hoc modo contraho tecum ſi prolē euites vel donec inueniam aliam digniorem honore vel facultatibus vel ſi pro queſtu te adulterandam tradas. In talibus caſibus caret effectu quantūcunq; matrimonialis

contractus ſit ſanozabilis ti.de conditionibus appoſitis ca-
ſi conditiones. Primum aūt videlicet quando ſunt illicite
vel impoſſibiles non tamen contra naturam matrimonij ha
bentur eodem ti.ca.i.⁊ finali.

Cognoſcens duas commatres vel fratris vxorē
aut duas ſorores aut matrem & filiam ad minus
octo annis peniteat licet plus deberet ca. Si pa-
ter xxx.q.iiij. Ipſa aūt penitenciam agat ſecūdū
formam ſupra traditam.

¶ hic Archidiaconus dicit ꝙ differentia eſt in ter affini-
tatem ⁊ cognationem ſpiritualem quia licet per ipſum coi
tum fornicarium affinitas acquiritur non tamen cognatio
ſpiritualis nec mirum quia affinitas eſt vinculum corpo-
rale vnde ⁊ per illicita opera carnis aquiri poteſt ſed com-
paternitas eſt vinculum ſpirituale vnde per fornicarium ⁊
illicitum cogitum acquiri non poteſt ⁊ ergo omnia iſta de-
bent intelligi de coitu coniugali non fornicario qui nō eſt
cauſa acquirende cōpaternitatis fornicatori per hoc ꝙ for
nicatoria leuat Aliquem de ſacro fonte ſunt concubitus
coniugalis eſt cauſa acquirende cōpaternitatis mariti cum
vxore eius poſt matrimonium conſumatum aliquem bapti
ſauit vel in baptiſmo leuauit vel tenuit in confirmatione.

Qui cognouerit monialem, decem annis peni-
teat. Et ſimiliter ipſa ſecundum formam ſupra
dictā xx ſeptima, q.j.de filia. Et ca.deuotam In
quorum primo c.dicitur ꝙ ſi filia epiſcopi vel
præſbiteri vel diaconi poſt votum ſolenne con
traxerit matrimonium ad ſacram cōmunionē
non admittatur niſi marito defuncto penitētiā
egerit Si aūt eoviuente deceſſerit & penitēciā
egerit & cōmunionem pecierit tantum in fine

vite eam recipiat In ſecūdo c. dicitur, ꝙ deuota peccans non eſt recipienda in eccleſia niſi peccare deſierit, & deſinens peniten tiam egerit x annis poſtea ad cōmunionem recipiatur & anteꝗ̄ in eccleſia admittatur ad oracionem ad nullius criſtiane mulieris cōuiuium accedat.

¶ Quia tale votum eſt impedimentum ad contrahendum tantum ſed non ad dirimendum quia eſt ſacrilegiū admodum adulterij inquantum eſt ſponſa chriſti. Non enim votum ſolenne dicitur niſi quod habeat in ſe aliquod annexū vt in publicum debeat venire ⁊ per quod vouens ponitur in alterius hominis poteſtate. Et tale eſt votum in ſacri ordinis ſusceptione per quem ſuſcipiens conſtituitur miniſter eccleſie ad ſeruiendum deo publice Et pungit̄ alit̄ quam ante ſub Epiſcopi poteſtate. Unde tale votum eſſet ſolenne etiam ſi predictum ordinem ab epiſcopo ſuſciperet in ſecreto. Item profeſſio in religione etiam ſi ſecreto modo fieret quia habet aliquod annexum in ſe quo debet in publicum venire. Quia talem oportet ſingularem vitam dimittere ⁊ in clauſtro cum alijs ſui ordinis conuerſari. Et ad hoc poteſt per prælatum cogi ⁊ dirimit matrimonium iam contractum. Uel dicitur ſolenne cui ſolennitas expreſſa in iure adhibetur, ſed publicum Non ſolenne eſt illud quod fit coram multis ⁊ non habet iſtas duas conditiones cōnexas ſub voto ſimplici ſecundum quod iura loquūt̄ de eo intelligo comprehendi votum ſecretum ⁊ votum publicum non ſolenne. ¶ Racio aūt quare votum ſolenne ⁊ non ſimplex dirimit matrimonium cōtractum. Eſt ſecūdum ſcotum quicquid dicunt alij quia eccleſia illegitimauit vouentem ſolēniter non aūt vouentem ſimpliciter. Et hoc racionabiliter ſecūdum ſcotū quia ille ſcilicet ſolēniter ſe poſuit in poteſtatē eccleſie quantum ad continendum. Ille vero non in ſimplici voto, quia ergo ſe poſuit in manu dei Eccleſia cōſulit ſibi ꝙ non cōtrahat nec contra votum veniat ꝙ ſi cōtraveniat relinquit eum iudicio dei

Non enī Ecclesia omnia mala pungit. Nec etiam probibendo ſemper penas iniungit. Eo ꝙ forte maius malum ſequeretur ex illegittimatione talium ꝙ̄ ſequatur ex contrario.

Quicunqꝫ ignoranter cognoſcit duas ſorores vel matrem vel filiam vel amitam & neptē peniteat ſeptem annis, ſi aūt ſcienter perpetuo priuetur coniugio vt xxxiiij.q,ij. ca. ſi quis cum duabus & ca.ſequenti.

Qui ducit in vxorem eam quam per adulteriū prius poluit v.annis penitentiā agat xxxj.q.j. nec obſtāt matrimonium dauidis cū berſabea propter certas cauſas.

Ratio quia in veteri teſtamento multa permittebātur ꝓpter infirmitatem que euangelij perfectione eliminata ſunt id eſt abiecta, ſicut permittebatur quibus licuit dare libellum repudij ne per odium funderetur ſanguis inoxius qđ poſtea in euāgelio dominus probibuit Math.xix. dicens vxorem a viro non eſſe dimittendā niſi cauſa fornicatiōis quedam permittebantur cauſa infirmitatis ⁊ ſacramenti futurorum ſicut dominus permiſit filijs Iſrael offerte animalia ſibi in ſacrificium que in Egipto conſueuerant imolare demonibus mallens ſibi eas offerri qm̄ idolis ⁊ vt eſſent illis ſacramenta futurorum ſic etiam Berſabee ꝑmiſſa eſt duci in vxorem non magis cauſa infirmitatis ſue ꝙ̄ ſignificatione futurorum quia Chriſtus ſignificatur ꝑ dauid berſabee ſignificat eccleſiam. Vrias demonem ſicut ergo dauid interficiendo vriam duxit Berſabea. Sic Chriſtus interficiendo demonem, id eſt, auſerendo ſibi poteſtatem per ſuam paſſionem cepit Eccleſiam in ſponſam ſuam id eſt, animas fidelium que prius erant in poteſtate demonis hoc ca. ſi qua fuerit vidua xxxj q.j. ¶ Item inter fratres legittimos ſiue naturales ⁊ adoptiuos impedit̄ matrimonium qm̄ diu durat adoptio vt dicitur ti. de cognatione legali ca. vnico. ff. de ritu. nuptiarum. l. per adoptionem, ſed

inter aſcendeñ ⁊ deſceñ. id eſt, inter adoptatãtẽ ⁊ adoptatum ſemper impeditur matrimonium .ff. de ritu nupciarũ l. adoptiuus licet ſeruatur adoptio. ff.eodem ti.l.quin etiã Itẽ filius adoptatus poteſt copulari filie adoptantis cũ adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis. Inſti.de adoptationibus.§.ij.ſic omnis poteſt dici filius illegitimus pōt copulari filie adoptiue quia illegitimus filius non eſt in poteſtate patris Inſti.De nup.§. vltimo Illegitimus vero non poteſt copulari filie ſpirituali.

¶ Item nunquid filij adoptiui poſſunt contrahere inter ſe dici poteſt ꝙ ſic quia non inuenitur prohibitum quo contrario ſenſu videtur conceſſum. Quia aliquis poteſt habere in vxores duas cõmatres que contraxerunt inter ſe antequam ego duxi primam verbi gratia. Eſt mulier Anna que leuat puerum ka.de ſacro fonte antequam ego duxi annam poſt hoc ego duco Annam ego non fio compater ka. Mortua mihi anna vxore poſſum ducere ka.que erat commater barbare prime vxori mee antequam cum ea confirmaui matrimonium ⁊ ſic patet ꝙ aliquis poteſt habere duas cõmatres in vxorem.

Qui contra naturam peccauerit ſi clericus fuerit deponi debet aut religioni tradi vbi corrigibilis appareat ad perpetuam penitẽtiam agendam ſi vero laicus ſit a cetu fidelium vſqꝫ condignam ſatisfactionem debet fieri alienus c.clerici. Extra de exceſ.prela.hoc ẽnim vicium maius eſt quã matrem cognoſcere xxxij .q. vij. c. adulterij. Vnde beatus Aug. Adulterij inquit malum fornicationem vincit. Vincitur aũt ab inceſtu,peius enim eſt cum matre quam cum aliena vxore concubere ſed omnium horũ peſſimum eſt quod contra naturam fit vt ſi vir mẽ

ſbro mulieris nō ad hoc cōceſo voluerit vti quo
cumq̄ enim modo tale peccatū exerceatur pre-
terq̄ inter feminam & virum ordinate in vaſe
debito, vicium cōtra naturam & ſodomiticum
iudicatur vt Raymundus inquit, hoc itaq̄ pec
catum alio nomine peccatū clamans in celum
appellatur. Clamor aūt ille criminis illius vindi
ctam a deo poſtulare ſignificat.

¶ Contra naturam peccare, poteſt multipliciter continge
re. Uno modo ſi in ſe pollutio procuretur. Et ſic dicit̃ im-
mundicia vel mollicies. Alio modo per coitum ad rem al
terius ſpeciei, ⁊ ſic dicitur beſtialis. Tercio ad rem eiuſdē
ſpeciei indebiti ſexus, ⁊ ſic dicitur ſodomia. Quarto ſi nō
ſeruatur naturalis modus coeeundi vel quantum ad iſtru
mentum non debitum vel viri vel femine vel quantū ad
menſtruoſos concubendi modos, peccat aūt homo hec faciē
do magis cum vxore quam cum meretrice quia magis te-
netur cauere malum vxoris quam alterius mulieris, ⁊ eſt
maximum inter ſpecies luxurie, ⁊ inter vicia contra natu-
ram īfimum eſt peccatum imūdiciei vel molliciei, grauiſ-
ſimum aūt beſtialitas poſt hoc ſodomia, deinde peccatum in
quo non ſeruatur concubendi ⁊ ſeruandi debitus modus.
Magis aūt ſi non ſit vas debitum quam ſi ſit inordinatio
ſecundum aliqua alia pertinentia ad concubitus modū, pu
nitum aūt fuit hoc peccatum ante legem incendio Gene.
xix. Et in lege veteri gladio, bello. Iudicum xix. Ergo mul
to magis modo tempore gratie in quo aſſumpta eſt huma-
na natura a filio dei, immo etiam omni genere tormentorū
exterminandum a ſeculari poteſtate que non ſine cauſa gla
diū portat. Ad Ro. xiij. Ab Eccleſiaſtica vero poteſtate ō-
ni genere cohercionis ⁊ abiectionis ab eccleſia velud putri
diſſimi ſunt tales a corpore abſcindendi. Unde tales nō tm̄
qui faciunt ſed etiam qui ſuadent ſodomiam ſecundū leges

capite puniuntur. Sacri vero canones ſilencio tranſeũt in deteſtationem tanti criminis ꝛ flagicij quod non debet nominari debet tamen Iudex eccleſiaſticus ipſum pena graniori quam ſcelera punire.

Si quis cum brutis coierit pluſq̃ ſeptem annis peniteat ſimiliter pro inceſtu vt notat c.hoc ipſum xxxiij.q.ij.§.ſeq.hoc aũt vbi dicitur ꝙ ſi relicto naturali vſu contra naturam modo ſodomitico fornicamur vel vſq̃ ad coitum brutorũ animalium prolabimur premiſſum ſpacium penitentie tranſcendere cogimur.

Preſbiter qui clandeſtinis nuptijs intereſt triennio ſuſpendatur, ſi vero culpa poſtulauerit grauius puniatur extra de clau.deſpon.ca.cum inhibito.

Clandeſtinum coniugium, id eſt, ocultum eſt deſpecta perſonarum preſentia vel iuris ſolennitate vel denunctiatiõe non premiſſa ſine ſacerdotis benedictione, quaſi dicat, tribus modis fit, vno modo quando non habentur teſtes vbi de hoc c.ꝙ nobis ti.de clandeſtina deſpõſatione, ſecũdo mõ cum non fit cum ſolennitate xxx.q.v.ca.Aliter, tercio mõ non premiſſa denũctiatione c.cũ inhibito ti.quo ſupra, vnde mandat papa in predicta decretali prohibendo coniugia clandeſtina ſiue oculta ſtatuens generaliter vt cum matrimonia fuerint contrahenda in eccleſia publice proponant per preſbiteros termino cõpetenti ſtatuto vt infra illũ terminum qui voluerit ꝛ valuerit legittimum impedimentũ opponat, Et ipſi preſbiteri per ſe nichilominus inueſtigẽt vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Si aũt aliquod racionabiliter obiectum fuerit cõtra copulam contrahendam id eſt, contractus interdicant expreſſe donec impedimentũ probetur. Si quis aũt huiuſmodi matrimonia clandeſtina

vniuerſaliter prohibita inire preſumpſerint in gradu pro
hibito etiam ignoranter, ſoboles de tali cōiunctione ſuſce-
pta illegittima ſit nulla habitura ſubſidium de paterna ig-
norantia cum ipſi taliter contrahendo pocius affectant ig-
norantiam quam ſcienciam impedimenti, ⁊ eodem modo ſi
hij illegittimi ſunt ſi ambo parentes ſciant impedimentū ⁊
contrahant preter omne interdictum, ⁊ illis qui contrahūt
contra huiuſmodi formam etiam in gradu conceſſo penitē-
tia imponatur condigna. Sed quid ſi vnus ſcit ⁊ alter ne-
ſcit, dicit Bernar. ⁊ lau. ꝙ quantum ad ſcientem ſunt ille
gittimi quantum ad ignorantem legittimi. Argumentum
codice de inceſtuoſis nupcijs lege qui contra, ꝙ non credo
immo legittimi ſunt ca. ex tenore ti. qui filij ſunt legittimi
Monſtrum enī eſſet ſi aliquis partim eſſet legittimus ⁊ p-
tim illegittimus, ꝙ aliquis eſſet partim ſeruus ⁊ partim li-
ber quod eſſe non poteſt. ff. de ſtatu liberorum hominum. l.
ſi duobus ⁊ hoc innuitur cum dicatur ambo parentes in c.
Cum inhibitio de clandeſtina deſponſatione. In ꝗ̄ qdē ca.
ex tenore habetur talis caſus B. duxit C maritū qui habuit
prius alteram vxorem legittimam quod ipſa ignorauit poſt
mortem mariti Richardi predicta Bar. vidua pecijt ſibi ⁊
pupillo ſuo ex eodem marito genito reſtitui hereditatem pa
tris ſui Richardi, pars aduerſa nitebatur eius petitionem
excludere dicens. Quod ſupra nominatus pupillus ex a-
dulterio eſſet genitus ⁊c. Reſpondit papa intelligeū ꝙ pa-
ter predicti pupilli matrem ipſius in facie ignaram ꝙ ipſe
aliam matrimonialiter ſibi copulaſſet duxerit in vxo-
rem ⁊ cum ipſa coniunxi ipſius legittima putaretur dictū
pupillum ſuſcepit ex eodem in fauorem prolis pocius decli
namus memoratum pupillum legittimū reputanū, hinc eſt
quod dicit abbas in ca. cum inhibitio de clandenſtina de-
ſponſatione ꝙ filij nati ex matrimonio contracto in conſpe-
ctū Eccleſie data ignorancia impedimenti ab ipſis contra-
hentibus ſunt legittimi. Et hoc propter bonam fidem con
trahencium, ſecus vbi contrahentes ſcirent impedimentū
vel vbi contraherent clandeſtine. Idem locum habent in

ſponſalibus de futuro ex mente littere ſecundum doct. nā ſponſalia in multis caſibus tranſeunt in matrimonium ipſo pacto vt in ca. Js qui ti. deſpon. Jdeo ne occurrat difficultas contra prohibitionem eccleſie debet etiam in ſponſalibus adhiberi, hec ſolennitas facit ad hoc lege, oratio .ff, de ſpon. Quero quid in laicis preſtantibus preſenciam in matrimonijs clandeſtinis dicunt doct. ꝙ ex verbis littere nō comprehenduntur ſed ex mente. Eſt ergo eis imponenda penitentia ſicut ⁊ clericis peccant ergo tam ipſi contrahentes clandeſtine quam intereſſeñ ſiue ſint clerici ſiue religioſi ſiue laici. Queritur vtrum hec edicta debeant ꝓponi in multis eccleſijs. Et videtur primo ꝙ ſic quia littera loquit̄ in plurali ibi in Eccleſijs, ſed concluſio videtur hec ſi volens contrahere vel voleñ ⁊ eorum antiqui contraxerunt moram in certa parochia tunc ſatis eſt in illa Eccleſia edicta proponi ſi vero in diuerſis parrochijs traxerunt moraā tunc in diuerſis debent proponi vel in locis publicis puta in predicationibus vbi veriſimiliter poſſunt peruenire in noticiam eorum qui ſunt de impedimentis informati. Qui aūt poſſunt cōtrahere ſine huiuſmodi edictis predictis. Reſpondet glo. in ca. cum inhibitio de clandeſtina deſponſatione ꝙ ſolum hoc conceditur regibus ⁊ principibus qui ex longinquis partibus vxores accipiunt tamen in cautellam debent huiuſmodi edicta proponi in eccleſia ante copulam quam eis dat ſacerdos.

Qui votum ſimplex violauerit tribus peniteat annis vt in c. ſi vir xxij. diſtin. Vbi dicitur ꝙ ſi vir votum ſimplex virginitatis habens vxori adiungitur vxorem poſtea nō dimitat ſed trib⁹ annis puniatur

Sacerdos qui excōmunicatus celebrauerit debet triennio penitere & ſecunda quatta & ſexta ferijs a vino & carnibus abſtinere xi. q. in c.

de illis penam vero degrati & adhuc celebrantis
notat c. accedens l. diſtin.

Et vltra lugenda nequaq̄ cōmittere ⁊ per hanc potentiam
ad communionem ſolum admitit̄ ſed non reſtituitur ad di
gnitatem quia aliud eſt reſtitutum ad dignitatem ⁊ ꝓ ea
recipienda ſatiſfacere quod in contrario negatur, ⁊ aliud
eſt ad penitentiam ⁊ cōmunionem quod hic admittitur ſe-
cundum lauren. hec Archid. ꝙ excomunicatus maiori ex-
cōmunicatione que infertur ab homine celebretur eſt irre
gularis. Idem in ſuſpenſo vel interdicto immo in c. ſi cele
brat de clerico excommunicato interdicto vel ſuſpēſo vel de
poſito miniſtrante dico maiore excomunicatiōe, quia ſi eſt
excomunicatus in minori excōmunicatione que infertur a
iure ⁊ eſt tantum a participatione ſacramentorum non fit
irregularis celebrando ſed peccat grauiter ⁊ eſt ratio diffe
rencie quia excōmonicatio maior includit ſuſpenſionem or-
dinum attētat officia interdicta. Sed excomonicatio minor
non inducit ſuſpenſionem ordinum vel officij, ſed tamen p̄i
uat participationem ſacramentorū, pena vero degrada i id
eſt, ſolenniter vel non ſolenniter per ſentēciam. Et adhuc
celebrantis notat, vbi habetur ꝙ talis debet perpetua priua
ri cōmunione corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri ieſu chri
ſti niſi in mortis articulo ſi deſiderauerit. Si aūt Epiſco-
pus vel prelatus eius animaduerteret correctionem vel
emēdationem poſt peractam penitenciā poteſt eum admit-
tere ad cōmunionem laicorum tantum, ⁊ hoc debet intelli-
gi de omnibus officijs que concernunt ipſum ſacerdotē ra-
tione ordinis, vt eſt matutinum veſpere ⁊ ſimilia ⁊ hoc ha-
betur luculenter c. ſi quis Epiſcopus xi. q. iij.

Homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis de
ponatur & ſeptē annis peniteat vt l. diſtin. c. mi
ror vbi dicitur ꝙ poſt patratum homicidium ſa
cerdotale officium miniſtrari nō poteſt. Sed de

bet ſacerdos talis lachrimarum fonte tã immañ
ne flagicium diluere vt talibus ſaltem remedijs
curatus ſalutis poſſit inuenire remedium & ca.
ſi quis extra de homicidio volun. & caſ.

Homicidium voluntarium eſt illud quod fit ex intentione
vt pote ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ. Et
per inſidias ab altari meo euelles eum vt moriatur. Si aũt
cõmititur voluntarie ⁊ iuſte vt cum iudex malefactorẽ iu-
ſte cõdemnat ad mortem vel miniſtri, id eſt, officiales ſiue
executor ſentencie iudicis a iudice iuſſus iuſte condẽnatum
occidit, neuter tamen peccat dummodo non ex odio perſõe
nec ex delectatione ſcindendi ſanguinem nec amore ſpolio
rum nec pro precio ſed pro ſola iuſticia ⁊ obediencia cũ cor
dis dolore ⁊ cõpaſſione hoc faciat vt dicitur ad Ro. xiij.
dei enĩ miniſter eſt iudex in eo qui male agit pro iſto ergo
homicidio ſcilicet iuſte facto iuſta ⁊ recta intentione nulla
imponitur penitentia ex ipſo tamẽ homo irregularis efficit
¶ Unde irregularis. Eſt quicunq̃ĩ cauſa ſanguinis fuerit
iudex aſſeſſor procurator aduocatus actoris vel etiam rei ſe
cundum quoſdam doct. officialis teſtis notarius, ſentenciam
proferens vel ſcribens legens vel dictans atteſtationes ex
aminationes litteras pro vindicta ſanguinis deſtinandas
vide de hoc c. ſentẽciam ſanguinis ti. nec lerici vel mona-
chi ſe negocijs ſecularibus immiſceant, ⁊ c. clericis de
exceſſibus prelatorum nec licet etiam interficere paganum
vel infidelem vel Tartarum quia talis etiam fit irregula-
ris vt habetur l. diſtin. c. clericum qui paganum occiderit
non oportet ad gradum maiorem prouehi qui carere etiam
debet acquiſito, homicida enim eſt, nam cum diſcreti ſunt
milites ſeculi, a militibus eccleſie, non conuenit militibus
eccleſie militare ſeculo per quod ad effuſionem ſanguinis
neceſſe ſit peruenire. Ratio autem quare talis homicida
non poteſt eſſe ſacerdos ſecundum alexandrum de ales, in
tercio ſunt he rationes quia miniſtri noue legis debent eſ

ſe miniſtri manſuetudinis ⁊ amoris ad alliciendum homi-
nes ad bonum. Unde eis dicitur Math. v. nõ reſiſtere ma
lo. Et ibidem diligite inimicos veſtros benefacite his qui
oderunt vos ⁊ intelligitur faciendum a miniſtris nove le-
gis non ſolum in voluntate animi ſed etiam in oſtenſione
ſigni. Etiam ſecundũ eundẽ Alex. sũt miniſtri ſacramenti
vnionis. Sacramentũ enĩ altaris repreſentat vnionem cri
ſti ⁊ eccleſie quam ſignat vnio anime ad corpus, ſicut enim
anima corpus viuificat ita ⁊ criſtus viuificat eccleſiã vn-
de qui ſoluit vnionem corporis ⁊ anime ſacramenti vnio-
nem illius in ſe nõ poteſt demõſtrare ⁊ ideo irregularis eſt
Ad cuius ſacramenti miniſterium exequendum quemad-
modum bigamus qui carnem ſuam diuiſit cum pluribus
vxoribus, ⁊ ſicut dicit canon xv. q. I. §. Quedam ſunt que
⁊ ſi non imputent̃ ad penam tum impediunt ſacramenti
ſignaculum. Quid de Epiſcopo vel alio prelato qui habet
iuriſditionem temporalem in aliqua villa vel caſtro. Nun-
quid intromittere ſe poteſt ad faciendam iuſticiam aliquo
modo. Reſpondeo ꝙ debet ibi conſtituere iudicem perſo-
nam ſecularẽ qui cauſas audiat ⁊ precipue cauſas ſangui-
nis cui poteſt ⁊ debet precipere ꝙ firmiter teneat iuſticiã
Et ſi iudex ille querat ab eo quid agi debeat de aliquo de-
prehenſo in crimine pro quo debeat de iure infligi pena
ſanguinis poteſt reſpondere hoc non pertinet ad me quere
iuriſperitos. Quin imo poteſt etiam ei iniungere vt ſu-
pra hoc veritatem inquirens iuſticie debitum exequatur
nec fit ex illo irregularis licet puniat eum pena ſanguinis
quia licet clericis non liceat cauſas ſanguinis agitare licet
tamen eis qui iuriſditionem obtinent temporalem quam
debent ⁊ poſſunt ſine metu irregularitatis alijs delegare, ⁊
ſi appelletur ad eos iterũ alijs delegent li. vj. ti. Ne clerici
vel monachi c. Epiſcopus. Caueat tamen prelatus ne ꝓpt̃
ſuam reſponſionem directam vel indirectam iudex intelli-
gat ꝙ eum pena ſanguinis punire debeat, extra de exceſſi-
bus prelatorum c. litteras, ſed nũquid quis fit irregularis
ex hoc ꝙ eſt preſens vbi exercet̃ vindicta ſanguinis. Reſ-

pondeo prelatus habens iuriſditionem non debet intereſſe
cauſe ſanguinis neqꝫ executionis ſentencie ſanguinis quia
cito poſſit incidere cauſam depoſitionis quia videtur inter
eſſe tanquam auctoritatem preſtans vt habetur in dicto ti.
c. litteras de exceſſu. Alias aũt vbi prelatus ex ſola carioſi
tate interfuerit nec conſilium tale nec auxilium nec fauo-
rem aliquomodo ad hoc dederit ex hoc non fiet irregularis
tamẽ grauiter peccat prelatis vel clericis quibuſcunqꝫ quũ
de laicis ſuis malefactoribus querellam penes ſecularem
iudicem deponentes petiuit emendam ſibi fieri ⁊ prouide-
ri ne contra eos talia de cetero preſumant protestando ex-
preſſe quod ad vindictam ſiue penam ſanguinis non inten
dunt. Imputari non debet quamuis alias in tali caſu de iu
re debeat pena ſanguinis irrogari ſi iudex mortem illis in
ferat iuſticia exigente. Alioquin ſi prelati vel clerici propt̃
metum huiuſmodi quia iudex ad penam ſanguinis poſſet
procedere de ſuis malefactoribus taliter conqueri nõ aude
rent, daretur pleriſqꝫ matheria trucidandi eoſdem ⁊ ipſorũ
bona libere depredandi hec decretalis eſt penultima li. vi.
de homicidio.

Homicida caſualis peniteat quinqꝫ annis & hoc
ſecundum Raymũdum ſi culpa caſum proceſ-
ſerit aliter non vt habetur in c. eos vero li. diſti.
De homicidio quod cõmittitur a caſu ⁊ pena eius vt cum
quis arborem incidit ⁊ arbor cadens aliquem opprimit ⁊
ſimilia. Sed hoc eſt diſtinguendum ſecundum Bern. ti.
de homicidio voluntario vel caſuali c. ſicut, ⁊ etiam ſecun
dum alios magiſtros quia aut datur opera rei licite ⁊ debi
ta diligentia adhibetur puta cum quis campanam pulſat cã
pana cadet ⁊ aliquem interficit. Ipſe aũt caſum non pre-
uidit ⁊ quamcito caſum ſenſit clamat caue caue, hoc exẽplũ
ponitur de homicidio caſuali ⁊ voluntario c. Joannes ſecũ
dum hoc intellige illud eodem ti. c. dilectus ⁊ plura alia ha
bentur eodem ti. c. lato. cap. ex litteris c. quedam ſignifica
ſti ⁊ diſtin. l. hi qui ſepe conuenit ca. ſi vno, ⁊ tunc in nullo

imputatur, vnde nec peccatum ibi cōmittitur nec irregu-
laritas in ordinibus ſuſceptis vel ſuſcipiendis contrahitur
vt patet in iuribus predictis. Aut opera rei licite dat̄ ſed
diligentia debita non adhibetur vt cum quis arborem ſuā
incidit ⁊ quando eſt prope caſum non circumſpicit nec cla-
mat tempeſtiue ⁊ alte caue caue, ⁊ tunc ſi aliq̄s ex caſu arbo
ris occiditur illi imputatur, aut opera rei illicite datur vt
cum quis arborem alterius inciderit ⁊ cadens arbor aliquē
occidit. Et tunc etiam illi imputatur ⁊ hoc ſiue diligentia
debita adhibeatur ſiue non ⁊ iſtis caſibus irregularitas in
ſuſcipiendis ⁊ ſuſceptis ordinibus contrahitur niſi per pa
pam diſpenſetur vt habetur ti. predicto c. ſicut ⁊ c. contine
batur Et diſtin. l. c. clerico ⁊ c. ſi quis arbores ⁊ in plurib⁹
alijs capitulis eiuſdem diſtin. ⁊ ti. predicto.

Si quis homicidium fecerit propter neceſſitatē
euitabilem peniteat duobus annis c. de his cle-
ricis l. diſtin. Que ſi ineuitabilis eſſet in nullo ſi-
bi imputaretur vt in c. clerico eadem diſtin. &
in c. Ioannes extra de homicidio volun. & caſ.
& c. quidam eo. ti. Et hoc eſt verum quo ad cul-
pam ſed bonum eſſet ꝙ peniteret ad cautellam
& ad innocentiam ſuam Eccleſie oſtendendā
extra eodem c. interfeciſti ſed ſi quis per inſa-
niam homicidium cōmittit non imputatur ei.
c. illa cauenda xv. q. j. & inclementina vnica de
homi. volun. & caſu. etiam qui in intuitu diſci-
pline licet in caute percuciendo occidit deponi-
tur vt in ca. preſbiterum extra dę homi. volun.
& cas. Aliter tn̄ habetur c. ſi quis non iratus

De homicidio quod cõmittitur de neceſſitate ⁊ de pena eiꝰ ⁊ ſub hoc membro dicit Bern.ti de homicidio volun. vel cas c.ſicut dignum contineri homicidium quod committitur deffenſione, ⁊ ſecundum eundem Bern. Ibidem ⁊ alios magiſtros ꝯmuniť diſtinguitur quia aūt neceſſitas illa fuit euitabilis aut non, ſi ſic quia potuit ſine occiſione euadere reus eſt homicidij, ⁊ tanquam homicida penitenciam agere debet nec ad maiores ordines aſcendet; nec etiam in ſuſceptis tolleratur niſi ex magna diſpenſatione ſecundum aliquos ſcilicet Raymundum ⁊ Bern. ſecundum aliquos vero ſcilicet ſecundum gotfredum poſt peractam penitentiam de iure qūi poteſt officium ordinis exequi iam ſuſcepti ſed ad ſuperiores non aſcendit ſine magna diſpenſatione, ſic intelligunt diuerſi modo illud vt diſtin.l.i.ca.de his clericis c.j.⁊ ij. Et ſecundum Raymundum neceſſitas euitabilis intelligitur Non tantum in eo qui tempore occiſionis homicidium vitare potuit, ſed etiam de eo qui culpa ſua ad talem neceſſitatem deuenit vel ſecundum Rodoricum qui potuit precauere ne in talem neceſſitatem incideret vt cum quis videns exercitum venientem ad obſidendum caſtrū cum fugare poſſet, incluſit ſe inter caſtrum in nullo pertinens ad eum ⁊ poſtea neceſſitas eſt ſecuta ſecus eſt ſecundū Rodoricum ſi domicilium vel res ſuas ibi habet quas ſeruare volebat. Si aūt neceſſitas fuerit ineuitabilis ⁊ occidit hominem ſine odij premeditatione immo cum animi dolore vt ſe ⁊ ſua liberaret cum aliter nō poſſit nec peccat nec penitere tenetur niſi ad cautellam propter dubietatis ſiue duplicitatis ambiguum quia poteſt timere quod in aliquo exceſſerit vel ne ex indignatione vel iracundia aut libidine vindicte ⁊ non ex neceſſitate ſe defendendi motus fuerit vt dicitur xxiiij.q.v.c.excõmonicatorum. Ita tamen corde ſemper debet dolere ⁊ quaſi ſuis peccatis aſcribere ꝙ tantam neceſſitatem inciderit vt ſine homicidio non poterit liberari. Quia vt dicit Grego. Bonarum mencium eſt ſibi culpam agnoſcere vbi culpa non eſt quia ſepe ſine culpa agitur quod venit ex culpa. Unde etiam cum eſurimus ſi-

ne culpa comedimus quibus ex culpa primi hominis factū eſt vt eſuriamus vt dicitur eodem ti. vt ſupra c. interfeciſti ⁊ diſtin. v. in fine c, ad eius

Qui aūt latronem occultum occidit quē viuū comprehendere potuit lx. diebus non intret eccleſiam & alias penitere debet vt extra de homi. volun. & cas, interfeciſti. Qui vero paganū occiderit vel Iudeum xl. diebus peniteat l. diſti. §. qui vero odij.

Ergo a contrario ſenſu ſi ſine occiſionē comprehendi non poterat non eſt homicida ⁊ hoc ſi ſine odij meditatione te tua ꝗ liberādo huiuſmodi dyaboli mēbra interfeciſti. Circa ꝗ verba dicit dominus abbas panor. ꝙ cum quis excuſatur ab occiſione furis, etiam nocturno tempe quando fecit vt liberet ſe ⁊ ſua ergo pro rebus tantum liberādis nō licet occidere furem etiam nocturnum nam iſta hic ponūt copulatiue, non ſufficit ergo altera pars legiſte vero ⁊ Bartholdus in li. C. vnde hij dicunt. ꝯmunit ꝙ etiam ſi bona mea aliter conſeruari non poſſunt licitum eſt occidere furem ſed ſaluando opinionem illorum legiſtarum poſſumus dicere ꝙ in foro ſeculari cōtemptuoſo procedit illa opinio legiſtarum ſed propter hoc non euitatur peccatum, vnde in foro penitenciali debet imponi penitentia vt probatur optime hic, ſic etiam ſecundum leges: pater pōt occidere filiam adulteram ⁊ etiam maritus certo caſu ſcʒ in domo ſua non ſoceri vt lege ꝙ agit ⁊ ti. nec in ca. ff. de adulteris tamē in foro penitencie vel anime ⁊ quo ad deum peccāt immo imponitur eis grauis penitentia vt in ca. admonere xxxiij q. ij, dicit ꝙ propter conceſſionem iuris ciuilis non excuſatur quis a peccato homicidij quod intelligit niſi conceſſio ſit racionabilis ⁊ diuino iuri cōſonās. Et propter hoc in ca. ſuſcepimus de homicidio volun. vel caſu, dicitur ꝙ pocius debet quis relinquere tunicam ⁊ pallium ⁊ ſuſtinere iacturam rerum quam aliquem interficere hoc idem

etiam habetur c.ſi perfodiens vbi ſic habetur. Intelligitur ergo non pertinere ad homicidium ſi fur nocturnus interficiatur. Si aũt diurnus ad homicidium pertinere quia poterat diſcernere q̊d ad furandum non occidendum fuiſſet Ideo non debet occidi. Que decretalis quamuis Jo. An. dicat exponendo ſiue ſe defendat ſiue non, ſed puto ꝙ debet intelligi ſecundum ea que dixi in c. interfeciſti, quando ſcʒ fur nocturnus non poteſt comprehendi ſine occiſione. Et ratio omniũ illorum eſt quia in exceſſibus ſingulorum non ſolum quantitas, id eſt, vtrum enorme vel mediocre adulterium vel inceſtus. Et qualitas delicti, id eſt, occultũ vel manifeſtum ſed etas ſcientis ſi ſit diſcretus vel ſane mentis, ſexus vir vel mulier atꝙ conditio delinquẽtis ſũt attendenda ⁊ non ſolum predicta ſed ſecundum locum ⁊ tẽpus quo delictum cõmittitur vniuſcuiuſꝙ pena debet iudici. cum idem exceſſus magis ſit in vno quam in alio puniẽdꝰ eſt c. ſicut de homicidio voluntario ⁊ caſuali.

## Matricida peniteat x. annis ſecundum formam traditam in c. latorem xxxiij. q. ij.

Ita vt per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur ſed ante fores Baſilice ſtãs orans ⁊ deprecans deum perſeueret qualiter tanto cupiant piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in Eccleſiam licenciam habeat tantũ inter audiẽ ſtet ſed nondum cõmunicet. Completis autẽ ſecundum annorum circulis ſacre cõmunionis ei gratia cõcedatur oblationes vero non offerat niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. His aũt omnibus annis atꝙ temporibus carnem non manducet nec vinum bibere preſumat exceptis diebus feſtiuis atꝙ dominicis. Et a Paſcha vſꝙ ad Penth. ⁊ quocunꝙ ire voluerit nullo vehiculo deducat ſed pedibus proficiſcatur, arma non ſumat niſi contra paganos. Jeiunet aũt tribus diebus per hebdomadam vſꝙ ad veſperam a propria ⁊ legittima coniuge non ſeparetur nec in fornicationis originem corruat ꝙ ne fiat optamus. Si aũt ante annorum trium curſum finis vite

illius appꝓpinquauerit corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri particeps fiat ſin aũt vt ſupra ſtatuimus efficiant tum ſi illius conuerſionem ⁊ lachrimarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus ⁊ optimis operibus pullulare humanis circa eũ ſolicitudo perinihil appareat mitiſq; in omnibus demonſtretur.

Vxoricide vero grauior pena debet imponi. Et hoc non quidem ꝙ illud peccatum ſit grauius iſto ſed quia homines proniores ſunt ad occidẽdum vxores quã matres. Maius enim peccatũ eſt occidere matrem quam vxorem vt bona ſuper iiij. ſen. diſ. xxxvij.

Forma aũt penitendi vxoricide ponitur c. admonere xxxiij. q. ij. Ingredere monaſterium humiliare ſub manu abbatis ⁊ multorum fratrum precibus adiutus obſerua cuncta ſimplici animo que tibi fuerint imperata. Si forte ignoſcat infinita miſericordia dei peccatis tuis ⁊ refrigeret animam tuam priuſq; cruciaris perpetuis flammis hoc melius ⁊ leuius tamẽ eſſe certiſſime ſcias, ſin aũt publicam penitenciã permanens in domo tua vel in hoc mundo vis agere ꝙ penis tibi ⁊ durius ⁊ grauius eſſe non dubites ita vt agere debeas exhortamur vt in omnibus diebus quibus penitere debes vinum ⁊ omnem ſiceram non bibas, carnem nũquã vllo tempore comedas, preterquã in Paſcha ⁊ in die Natalis domini in pane ⁊ aqua ⁊ ſale penitẽtiam age, in ieiunijs ⁊ in vigilijs ⁊ orationibus ⁊ elemoſinis omni tempore perſeuera. Armis nunquam cingere, ⁊ in quolibet loco litigare preſumas vxorem nunquã ducere concubinam nunquã habere nec adulterium cõmittere audeas. In balneo nunq; laueris. In conuiuijs letantium nunq; immiſceaeris. In Eccleſia ſegregatus ab alijs chriſtianis poſt hoſtiũ ⁊ poſtes humiliter te repone. Ingredientium Eccleſiam ⁊ egredientium ſupliciter orationibus commenda, te cõmunione corporis ⁊ ſanguinis domini cunctis diebus vite tue

indignum te exiſtimes, in vltimo tamē exitus vitē tue die ſi merueris pro viatico ſi ſit qui tribuat tibi tantum mō venialiter vt accipias tibi concedimus.

## Qui preſbyterum interficit peniteat xij. annis vt c.qui preſ.extra de pe.& re.

Qui preſbyterum occiderit xij.annorum penitentiam (propter enormitatem ſceleris) ei ſecundum canones penitētionales imponatur cōiunctus vſq; ad vltimum tempus vite ſue milicie ⁊ cingulo careat (deponitur iſte a dignitate ſua vt clericus ne arma vlterius ferat vbi de hoc de diſti. v.c.falſas) ⁊ abſq; ſpe cōiugij maneat. ¶ Item ſunt enim aliqua crimina que impediunt matrimoniū contrahendū vt in ceſtus vbi de hoc, qui cognouit conſanguineā vxoris ſue c.j.raptus ſpōſe alterius vbi de hoc xxij.q.ij.c. ſtatuit. ¶ Item ſi quis vxorem ſuam interfecit xxxiij, q.ij.c.admonere. ¶ Item ſi quis blaſphemauerit filium ſuum vt ſepe fertur ab vxore vbi de hoc xxx.q.ſic .de eo qui in matrimonium accepit monialem ſcienter xxvij.q.j.c.hi qui ⁊ in caſu preſenti hec impediunt matrimonium ſed non dirimūt Tamen ſi timetur de incōtinentia ipſorum puta ſi eſſent iuuenes daretur licencia contrahendi xxxiij.q.ij.c. In adoleſcencia impediunt contrahendum ⁊ dirimunt contractum qui duxit conſanguineam ad quartum gradum īcluſiue vt oſtendunt varia capitula de affi.⁊ conſan. ſi duxit adulterā ⁊ dedit ei fidem viuēte marito vel machinatus eſt in mortem viri precedentis vbi de hoc ti. Qui duxit quam polluit per adulterium c.qui haberet, qui duxit filiam ſpiritualem vel cōmatrem vel in alijs ſpeciebus cognationis ſpiritualis ex duobus ſacramentis baptiſmatis ⁊ confirmatiōis contractis vbi de hoc ti.de cognatione ſpirituali varijs capitulis qui duxit filiam adoptiuam vel matrem de cognatione legali ⁊c. ¶ Item qui fecit votum ſolenne caſtitatis de voto ⁊ voti redemptione c.j.q̄a caſtitas ſola eſt cui eque bonum vel maius inueniri non poteſt. Argumētum xxxij. q.vltima c.vltimo. Et caſtitas ſola eſt que potens eſt deo

animas preſentare vbi de hoc in autentico l. de lenonibus ff. ſenſimus collatione iij. ⁊ que ſuaderi poteſt imperari non poteſt vbi de hoc xxxij. q. ic. Integritas de ſtatu monachorum c. cum ad monaſterium.

De pena vero eius qui monachum occidit clericum diaconum vel ſubdiaconum habetur c. qui occiderit xvij. q. iiij. ſed de penitētia eius qui dominū ſui morte machinatur habetur xxij. q. vlt §. Siquis.

Si quis laicus iuramentum violando preſumat quod rei ⁊ domino ſuo iurat ⁊ poſtea perverſe ⁊ doloſe eius regnū tractauerit ⁊ in mortem ipſius aliquo machinamento inſidiatur quia ſacrilegium peragit. In Chriſtum dominū manum mittens, anathema ſit niſi per dignam penitentiam ſatiſfactionem emendauerit ſicut conſtitutum a ſancto ſinodo eſt ſeculum relinquat arma deponat, in monaſteriū eat ⁊ peniteat omnibus diebus vite ſue verā tamē cōmunionem in exitu vite ſue cum eucharistia accipiat Epiſcopus presbiter diaconus ſi hoc crimen com miſerit degradet

Qui iniuſte alium ad mortem accuſat xl. dieb⁹ in pane & aqua ieiunet & per ſeptem annos peniteat & hoc ſi accuſatus fuerit occiſus.

Quero quomodo intelligitur littera cum dicit ꝙ debet penitere in pane ⁊ aqua per 40. dies cum ſeptem ānis ſequētibus nunquid quolibet die debeat ieiunare in die ꝙ non ſed imponitur penitentia ſecundum arbitrium ſacerdotis vt per certas ferias ieiunet ſic in qualibet ſeptima ⁊ ſunt tres ferie canōice videlicet ſecunda, quarta, ſexta feria vt habetur in c. penul. xj. q. iij. ⁊ ibi videas, ⁊ ſic intellige omnia iura que imponunt penitentiam certorum annorum.

Si vero membrum tantum perdiderit triennio tm̄ pēniteat vt ſic actus extra de actus]

Multauerit. Que debilitatio contingit quando impeditur exercicium alicuius membri vt propter percussionem non possit libere exercere officium Brachij vel pedis ita q̃ con tingit debilitatio ſine abſciſione membri vide de hoc plura in c.ſicut vrgeri j.q.j. Bartholdus in l.ij. ff.de publicis iudicijs vbi tangit. Quid ſit membri mutilatio proprie, cõtingit enim ex abſciſione membri vnde mutilare idem eſt quod detruncare ad hoc facit c.vnicum in clemẽticis de homicidio vbi notatur in glo.q̃ ad irregularitatem mutilationem homicidio comparauit. Ad idem j.diſtin.c. Aliquantos ⁊ c.quis poteſt ⁊ c.qui in aliquo lv.diſtin.c. Si euangeliſta ⁊ ti. Ne clerici vel monachi miſceant ſe negocijs ſecularibus c.clericis ⁊ c.ſentenciam ⁊ ti.de clericis pugnantibus in duello c.j.in fine ⁊ ti.de homicidio li.vj. c.his q̃ vbi habetur ſi quis mandat aliquem verberari licet expreſſe inhibeat ne occidatur nullatenus vel membro aliquo mutiletur irregularis efficitur.

Periurus 40.diebus in pane & aqua ieiunet & ſeptem annis ſequentibus peniteat & ſemper ſit in penitentia interiori vt in c.Quicumq̃ vj.q.j caſus ibi eſt q̃ infamis efficitur qui ſciens peierare preſumit nec talis in teſtimonium recipiatur vt c.infames eadem diſtinctione.

Periurum ſecundum gotfredum ⁊ oſtenſem ti.de iureiurando dicitur quadrupliciter ſ. falſa iuratio, ⁊ illa poteſt eſſe triplex. Aut quia eſt falſitas ex parte iurati tantum vt cum quis iurat falſum quod credit eſſe verum aut ex parte iurantis tantum vt cum quis iurat verum quod credit eſſe falſum aut ex parte vtriuſq̃ vt cum quis iurat eſſe verum quod eſt falſum ⁊ credit eſſe falſum, ⁊ in his duobus modis vltimis eſt mendacium firmatum iuramento, ⁊ omnibus tribus modis eſt peccatum mortale, ſecundum eſt iuramenti tranſgreſſio, ⁊ circa hoc eſt diſtinguendũ quia vel eſt tranſgreſſio iuramenti liciti ſic eſt mortale peccatum v-

clericus falſans ſigillum principis deponatur &
caracter ei imprimatur & in exilium mittatur.

Secunda pena ⁊ ſic nota ꝙ Eccleſia habet penam exilij cō
cordat ca.finale de calumniatoribus ſupra. Et ex hoc nota
ꝙ Epiſcopus poteſt clericum compellere ad adiurandā dio
ceſim ſuam vt nunquā amplius eam intret ſed debet exu
lare. Clericus falſans ſigillum principis deponat̄ Panor.
Prima pena falſario principis ſeccularis vel litteris. Et in
tellige de depoſitione verbali, nam ⁊ illa degradatio eſt
Nam ſi caperetur pro actuali, degradatū relinqueretur iu
dici ſecculari ⁊ afficeretur pena mortis vt in ca. degradatio
de penis li.vj.ſed hic poſt degradationem remanet ſub ec
cleſia videlicet ex impoſitione aliarum penarum. Et ex hoc
infertur ꝙ appellatione degradationis quandoq; intelligi
mus de depoſitione verbali. Et caracter. Secūda pena eſt
alicuius caracteris impreſſio vt poſſint iſti clerici inter ali
os cognoſci vt alij magis terreantur. Et dicunt doct. hic ⁊
bene ꝙ iſta pena non eſt regulariter infligenda per eccleſi
am quia periculoſa ſed eſt ſpirituale in odium malefici ⁊ i
dem ſentit glo. finalis hic. Notandum etiam ꝙ iudex ec
cleſiaſticus non debet penam imponere corporalem ex qua
poſſit veriſimiliter ſequi pena mortis. Et eſt textus nota
bilis contra aliquos prelatos qui clericos mancipant in du
riſſimo carcere diminuentes ab eo cibum ⁊ potum vt i bre
ui tempore cogantur expirare. Nam certe tales prelati nō
euadunt penam irregularitatis. Nam vt pene extinguunt
⁊ emittunt animam, licet enim prelatus poſſit moderare di
minuere cibum ⁊ potum ſicut agentes penitentiam faciūt
vt in c. nouimus de verborū ſignificatione, non tamen a
deo ꝙ inde poſſit ſequi pena mortis, ⁊ pro hoc bonus text⁹
in dicto c. nouimus. Et vide quod notat Jo. de lugdano in
clementinis c.i.de penitencijs ⁊ remiſ.

Qui frangunt penitētiam ſolennem ſiue redeū
do ad priora crimina vel ſimilia ſiue redeundo
ad negotiationem vel miliciā ſecularem que ſi-

ſunt eo ꝙ ab hoſtibus capiuntur. Serui aūt aut naſcun-
tur aut ſiunt. Naſcuntur ex ancillis noſtris, fiunt autem
iure gentium id eſt ex captiuitate aūt iure ciuili cū homo
liber maior xx. annis ad precium participādum ſe ſe venū
dari paſſus eſt, in ſeruorum conditione nulla eſt differentia
In liberis aūt differencie multe ſunt. Aut enim ingenij.
Aut libertini ſunt. Ingenuus eſt is qui ſtatim vt natus
eſt liber ſiue ex duobus ingenuis matrimonio conſtante e-
ditus eſt ſiue ex libertis duobus ſiue ex altero libertino ⁊
altero ingenuo, libertini ſunt qui ex iuſta ſeruitute manu
miſſi ſunt. Manumiſſio aūt eſt datio libertatis hec inſtitu-
ti. de iure perſonarum.

Qui periurat in manu Epiſcopi vel in cruce cō
ſecrata peniteat tribus annis. Si vero ī cruce nō
conſecrata vno anno. Qui vero coactus & igno
rans iuris ignorātia & poſtea cognoſcit peniteat
tribus quadrageſimis in c. Qui vt peierat xx. q
v. Qui vero coactus pro vita redimēda vel qua
libet alia neceſſitate periurat quia plus corpus
quam animam dilexit tribus quadrageſimis pe
niteat eadem queſtione & c. ſi quis coactus.

Qui ſcienter falſum iurat vel alium iurare co-
git xl. diebus ieiunet in pane & aqua & vij. an-
nis ſequentibus nunquam ſit ſine penitentia in
teriori. Alij vero ſi conſcij fuerint ſimiliter peni
teant ca. ſi quis peierauerit xx. q. v. Qui menſu
rat in falſa menſura xxx. diebus in pane & aqua
ieiunet vt in c. vt menſure extra de empt. & vē
di. Pena vero falſarij litterarum habetur in ca.
ad audientiam extra de crimi. fal. caſus ibi eſt ꝙ

& ĩ ſeptimo tribus ferijs a carnibus & vino ab
ſtineat ieiunando vt in c. de viro nephando xij.
q.ij. Comburens aũt Eccleſiam xv. annis peni-
teat & eam reſtituat xvij, q.iiij. ſi quis de pena
vero raptaris ſiue furis rei eccleſiaſtice & d e pe
na furis & effractoris tam clerici quam laici ha-
betur eadem. q. §. peccunię & §. ſi quis clericus
Pro intellectione iſtius capituli ſciendum ſacrilegium in-
generali varijs modis deſcribitur vno modo ſic. Sacrilegiũ
eſt ſacre rei violatio. ſiue in ſe ſiue in alio. Et hic res ſacra
appellatur ſiue ſit res ipſa ſacra ſiue ipſa perſona eccleſia-
ſtica. Alio modo deſcribitur ſic ſacrliegium eſt publici iu-
ris transgreſſio. Jus aũt publicum vt habetur diſtin. j. eſt ĩ
ſacris c. in ſacerdotibus ⁊ magiſtratibus vnde qui ledit ſa-
cerdotes vel res ſacras ab omnibus tanquam pro publico
crimine poteſt accuſari. Argumentum ij. q. j. c. In primis
Largius tamẽ quandoqꝫ dicitur cõmittere ſacrilegium qui
diſputat de iudicio principis. vel cum dies ſolennis violať
vel cum legibus ſiue canonibus renerentia non impendiť
Committitur autem tribus modis ſacrilegium vel cũ ſa-
crum vt calix conſecratus de eccleſia vel ſacrum de non ſa
cro vt de aliquo domo priuata vel non ſacrum ſicũt peccu
nie de ſacro, vt de eccleſia auferť vt ĩfra c. quiſquis. Im-
ponitur aũt pro ſacrilegio quãdoqꝫ ſpiritualis pena vt ſi cõ
mittanť in perſona eccleliaſtica qñia talis excommonicatus
eſt ipſo iure infra eodem ſi quis ſuadenter, ſed ſi in re eccle
ſie fit ſacrilegium tunc poſt trinam admonitionem excõmu
nicandus eſt vt infra eodem c. quiſquis. Item imponitur
eciam pena peccuniaria quandoqꝫ minor quãdoqꝫ maior vt
infra eodem c, quiſquis ⁊ c. ſi quis contumax, ſed ſecundũ
legem durius pena imponitur ff. ignis pro ſacrilegio ff. ad
legem iuliam ſed ſi queras cui danda ſit pena peccuniaria
que debetur pro ſacrilegio dicas, ꝙ ſi perſone facta eſt in-
iuria ipſi perſone preſtanda eſt, vt extra de ſcientia excom

De Epiſcopis ⁊ ſacerdotibus planum eſt qui induūtur ſa cris veſtibus ſui ordinis. In alijs clericis ꝙ poſſet fieri licet aliquando obmittatur propter paupertatem ſed in epiſcopis ⁊ ſacerdotibus non eſt obmittendūm, nam veſtes ſacerdotales ſignificant virtutes ⁊ ipſorum bona opera xliij. diſtin. c. j. cum quibus preceteris ſunt preſentandi domino Quod ergo dicitur in iſto capitulo intelligit̃ de laicis vt qui viui eis non poſſunt vti nec mortui vtantur. Argumētum xxiiij. q. ij. ca. ſane laici tamen mortui alia veſte induendi ſunt ſcilicet cilicijs in ſignum penitentie ſcilicet in tali veſte repreſentent inſignia penitentie cuius enim ⁊ cilicium ſunt arma penitentie, ſed ſi queris an homines poſt diem iudicij ſint veſtiti. Et videtur ex hoc quod mortui veſtiuntur. Et quia ſemper angeli apparēt veſtiti. Et criſtꝰ i transfiguratione veſtibus apparet, ⁊ cōtra videtur ꝙ debeant eſſe nudi quia in eadem forma criminis in qua adam fuit ante peccatum, ſed ante peccatum nudus fuit, ergo pꝰ diem iudicij nudi erunt homines quod credo verum eſſe. Quia tunc nulla deformitas erit in corporibus beatorum quam oporteat legi, ⁊ hic qui fuerit mortuus in figuram. Omnes enim ſepelliri debent aliqua veſte indui ad oſtēdendum ꝙ indumento virtutum ⁊ bonorum operum veſtiti ſunt repreſentandi domino hec Hug. Archidiaconus circa hoc capitulum.

Qui ſacrilegium committit eccleſiam violādo vel chariſma vel calicem ſacrum manibus pollutis accipit vel ſimilia ſacrilegia committit peniteatᵗ ſeptem annis. Primo anno extra cemiteriū quod violauit conſiſtat. Secundo anno ante fores eccleſie. Tercio anno in Eccleſia, & in hoc triennio carnes non comedat vinum non bibat niſi in paſcha & in natali domini nō offeret nec cōmunionem ſacram accipiat. Quarto aūt āno cōmonicabit & in illo & in quinto & in ſexto

Blaſphemia eſt peccatum mortale maximum ſicut infidelitas ad quam pertinet cum repugnat charitati diuine quia derogat bonitati diuine que eſt obiectum charitatis ⁊ ideo punitur morte vt habetur leuitici.xxiiij. ⁊ poteſt fieri ſecūdum intentionem tantum vel ſecundum intentionem ⁊ affectum ſi ſit in corde eſt blaſphemia cordis, ſi vero in ore, oris, proprie tamē eſt in verbis, extenſo tamē nomine etiam in factis ſicut confeſſio ⁊ negatio fidei, cui opponitur blaſfemia proprie ſunt in verbis. Nihilominus tamen accipiūt in factis vt habemus ad titū.c.j. confitentur ſe noſſe deū, factis aūt negant. Cuius tres ſunt ſpecies large accipiendo ſpeciem, vna cum attribuitur deo quod ei non cōuenit. Ut dicere deum peccatorem aſinum vel ſimile. Secunda cum ab eo remouetur quod ſibi conuenit vt dicendo eum in iuſtum impium ⁊c. Et iſti duo modi differunt penes negationem vel affirmationem. Tercio cum creatore atribuitur quod deo appropriatur vt adoratio que ſoli deo conuenit ſicut fecerunt ydolatre. Et ſi ſit ex coactione peccat contra patrem cui appropriatur potentia, ſi ex ignorantia vel deceptione, contra filium cui appropriatur ſapientia ſi ex certa malicia cōtra ſpiritū ſanctum cui appropriatur bonitas primis duobus modis remiſſibile dicitur quia ſecum habet cauſam annexā diuine miſericordie ꝓuocatiuā ad remiſſionem. Et ſic intelligitur Math.xx. omne peccatum ⁊ blaſfemia remittetur hominibus ⁊c. Si aūt ex certa malicia irremiſſibile dicitur capiendo remiſſibile contrarie quia habet contrariam diſpoſitionem ad remiſſionem non ꝙ nullomō remitteret ſed valde difficile eſt ad remittēdum quia nullam excuſationem habet ⁊ ſic intelligitur illud Math, xij. ſi quis aliquid dixerit contra ſ. ſanctum nec hic, nec in futuro ei remittetur ⁊ non negatiue id eſt ꝙ nullo modo poſſit remitti vt peccata demonum ⁊ damnatorum intelligendo de potentia dei ordinata, ſecus eſt de potentia abſoluta, nec priuatiue ꝙ in ſe non eſt aptum id eſt, dignum remitti vt quodlibet peccatum mortale, eſt aūt blaſfemia nō tantum in viatoribus ſed etiam in damnatis vt dicitur apo ca.xvj. Ante reaſſumptionem corporis cordis tantum id

eſt, intelectus ⁊ volũtatis quia deteſtantur iuſticiã dei eos punientis. Credibile tamẽ n eſt quod poſt reſurrectionem erit in eis etiam oris blaſphemia, ſicut erit in ſanctis laus vocalis, per temporalem preterea poteſtatem ſi diues fuerit xl. ſolidorum, alioquin xxx. ſiue xx. ⁊ ſic ad id non ſufficiat v. ſolidorum vſualis monete pena mulctetur nullam in hoc miſericordiam habiturus, ⁊ ſi exigatur a laico applicet iudici ſeculari, ſi a clerico iudici Eccleſiaſtico, ⁊ hic habet caſum in quo eccleſiaſticus iudex ⁊ ſecularis cõcurrunt ad puniendum idem delictum.

Preſbyter confeſſionem reuelans de iure antiquo deponi debet & omnibus diebus vite ſuæ debet ignominioſus peregrinari vt ĩ c. ſacerdos ante omnia de peni. diſt. vj.

In vllo caſu licet ſacerdoti ſecundum Rich. Bonam hoſtieñ. ſcotum. petrum de Tharã reuellare confeſſionem ſiue confitens peniteat ſiue non ſi confiteatur peccatum iam opere perpetratum ſiue perpetrandum cuius optimum tenet Raimundus in hoc verſu contento eſt hereſis crimen quod nec confeſſio celat tamẽ confeſſor cum maxima diligẽria debet precauere propoſſe ne peccatum perpetrandum ſibi in confeſſione detectum opere perpetretur, maxime ſi eſt peccatum ordinatum ad corruptionem aliorum in fide obſeruata tamẽ diſcretione ⁊ nullo modo prodat illum qui ſibi eſt confeſſus, nec aliquam malam ſuſpicionem de illo agenerare tur in cordibus aliorum. Etiam ſi papa precipiat cõfeſſori quod dicat illud quod per confeſſionem ſcit. Quia ſacerdos non tantum tenetur celare confeſſionem de precepto eccleſie ſed etiam de iure nature ⁊ diuino, ſuper que iura non eſt papa, etiam ſub pena excommunicationis late ſententie quia debet exiſtimare ꝙ precipiens intẽdat quid dicatꝗ illud ſi ſcit vt homo nec excommunicationem incurrit quia non eſt ſubiectus ſuo ſupiori niſi vt homo, hoc aũt neſcit vt homo ſed vt deus, etiam ſi ſacerdos haberet peccatum mortale de quo confiteri non poſſet niſi confeſſio

nem ſibi factam reuellaret. Quia non tenetur illud peccatum confiteri nec debet durante tali caſu ſed ſufficit vt de illo conteratur cum propoſito confitendi quando poſſet hoc facere ſine reuellatione perſone ſibi confeſſe ⁊ ſine quocũꝙ preiudicio ſigilli confeſſionis quis forciori vinculo legatur confeſſor ad celandum quam penitens ad penitendum hec ⁊c. Scotus cum eo immo poteſt dicere ſe de hoc nihil ſcire (vt homo) ⁊ verum dicit etiam ſi in cõfeſſione dicit ſe excõmunicatum (etiam pro violenta iniectione manuũ in clericum) vittare publice eum non debet ne proderet ipſum cum vitatio ſit de iure poſitiuo Eccleſie ſed ille nõ tenetur prodere de lege nature ⁊ poſitiuo dominico ⁊ eccleſiaſtico nec ſi per confeſſionem ſciat aliquem dormiſſe in eccleſia cum muliere nec obſtat eccleſia ꝙ ſemine polluta eſt reconcilianda quia illud debet intelligi quando eſt diffamatum id eſt publicum alias poteſt preſbyter ille ſalua conſcientia celebrare in illa. Similiter intelligitur de furto dãno ⁊ alijs ſimilibus peccatis per que ſcit per confeſſionem immo tenet Rich. ⁊ th. ꝙ non ſolum peccata ſcita per confeſſionem ſed etiam quecunꝙ alia que dicit confitens confeſſori in confeſſione ſacramentali ſi confitens hec intẽdebat ⁊ volebat tenetur celare immo tenetur ſubire mortem antequam reuellaret confeſſionem quia hoc fuit pro iuſta cauſa vt ſeruet legem dei de ſigillo confeſſionis ⁊ per conſequens ſi moritur martir eſt.

Qui in dicendis horis & in alijs in diuinis officijs diſcrepat a conſuetudine metropolitane eccleſie proprie ſex menſibus priuetur cõmuniõe ſi ex comtemptu acciderit vt in c. de his xij. diſt.

Epiſcopus qui ſine iuſta cauſa clericum inuitũ & reclamãtẽ vel penitus abſolute ordinat vno anno ſuſpendatur vt in c. Epiſc opus qui &c.

ſequenti lxxiiij. diſtin.

Epiſcopus qui correctionem de venditione myſteriorum diſſimulat duobus menſibus ſuſpendatur preſbyter iiij. diaconus iij. ſuſpēdatur ſubdiaconus & ceteri ad arbitrium iudicis penitere debent & quicquid inuiſibilis. i. q. i.

Sortilegus quadraginta diebus peniteat vt notatur in c. in tabulis extra de ſor.

Sortilegium eſt ars diuinandi que proprie in malo accipitur, propbetia vero in bono. j. q. j. Judices ⁊ bec ſors illicita eſt nec credenda nec exercenda xxvj. q. j. ca. ſortes, licet ſors non ſit aliquid mali in ſui natura tamē probibetur ſꝗa propter aſſiduitatem vtendi labuntur bomines in idolatriā ⁊ ideo mala eſt in ſui vſu ſicut probibetur iuramentum ne labatur in periurium extra de iure iurando c. ⁊ ſi Chriſtus Et boc intelligitur ſecundum antiqua tempora quando nō erat ſors probibita ſecundū Laurē. ⁊ Arcb. ſed bodie mala eſt ex quo probibetur nec in boc exemplum ſequi debemus quod Jonas vel Matb. dicatur fuiſſe electus ſorte. xxvj. q. ij. c. non ſtatim. Quia iſta ⁊ alia permittebantur ante Euāgeliū quo tempore perfecte diſcipline ſunt eliminate. xxvj. q. ij. §. is ita, notandum ſecundum glo. ſingularem xxvj. q. ij. c. Jn ſumma que dicit ꝙ quedam ſortes ſunt licite ⁊ quedam illicite. Jllicite ſunt que fiunt per magicas incantationes id eſt, per inuocationem demonum ſiue fiāt in codicibus ſicut faciunt pleriqꝫ dicentes verſus aliquos pſalterij ⁊ faciunt illud voluere ſiue fiant in tabulis quia faciunt ibi puncta ſicut faciunt Nigromantici vel que fiūt ad exercendas vanitates vel que fiunt ad inquirendum aliqua oculta, omnia iſta ⁊ ſimilia probibentur, licite vero dicuntur que fiunt neceſſitatis cauſa quando quis ſubmittit ſe fortune puta baben̄ rem ꝯmunē indiuiſibilem volūnt ponere ſortem ſuper illa cuius debeat eſſe, iſta non eſt probibita, quia de ſui natura non eſt mala nec de iſta loquitur

textus ſed ſortilega illa que fiunt per incantationem intelligitur iſta pena que imponitur per ſacerdotem in foro cõſcientie quia per iudicem in foro contentioſo imponitur maior penitentia, poteſt enim Epiſcopus tales ſacrilegos dehoneſtare vt puta nutriando vt fit in quibuſdam locis vel ponendo ad ſcalam cũ vituperio ⁊ eicere eos extra dioceſim vt habetur xxvj.q.v.c.Epiſcopi.

Qui videt in aſtrolabio, duobus annis peniteat vt in.c. ex tuarum de ſor.

Ubi habetur talis caſus de quodam ſacerdote q̊ gratia furti commiſſi in Eccleſia ſua videt per aſtrolabium vt reſciret furem ſuſpenſus fuit ab offi.cio altaris per vnum annũ Queritur circa hunc textum numquid per ius canonicũ ſiue ciuile ſit prohibita ſciencia aſtrologie. Et nunquid eã exercentes peccent. Jo. And. late proſequitur hic ⁊ ad primum concludit ꝙ hec ſciencia in ſe non eſt mala nec prohibita cum ſit vna de ſeptem artibus liberalibus, ⁊ iura p̄miant has ſciencias exercentes l.j.ff.de varijs ⁊ extra ordinarijs cõmiſſionibus ⁊ facit textus l. i eorum codice de maleficis ⁊ mathematicis, ſed abiit hec ſcientia in diſuetudinẽ quia ex eiũs occaſione homines quãdoq; incidebant in idolatriam quia credebant homines neceſſitatem adeſſe corporibus celeſtibus vt dicit Gracianus xxvj.q.ij.iij.Sis ita, ad ſecundum nunquid exerceñ peccent. Reſpondet, ꝙ ſi volũt predicere ea que cauſantur ex corporibus ſuper celeſtibus vel ecclipſium lune vel ſolis ſiue ſiccitatem vel abundandantiam frumenti non peccant dum modo non credant neceſſitatem ineſſe, quia deus poteſt aliter facere quam aſtra iudicent id eſt oſtendant ⁊ ideo dicit glo. notabilis in c. nõ licet xxvj.q.ij.ꝙ medici in danda medicina ⁊ ruſtici in ſeminando ⁊c. non peccant inſpiciẽdo curſum lune vel ſtellarum dum modo non credant neceſſitatem ineſſe quia iſta corpora ſuperceleſtia ſunt ſigna rerum ⁊ non cauſæ. Idẽ beatus Thomas ſecunda ſecunde q.lx.l.vj. ar.v.aut volunt iſti aſtrologi producere caſus fortuitos hominum certitudinaliter hoc aſſerẽtes ⁊ peccant quia licet corpora ſup-

celeſtia habeant inclinationem non tamen neceſſitatē q̄a
licet inclinetur ſecundum diſpoſitionem ad aliquod viciū
tamē per rationem liberi arbitrij poteſt aliud facere. Ani-
ma enim non ſubicitur iſtis corporibus ſupceleſtibus ſed
quia pleriqꝫ homines ſequuntur vires ſenſitiuas ⁊ appeti
tus naturales ⁊ captiuant libertum arbitrium ⁊ rationem
intelectus. Et racio quandoqꝫ aſtrologi dicuntur verum di
cendo ꝙ talis diſpoſitus eſt ad tale vicium, ſed ſi dicūt ali
quem inclinatum ad tale vicium vel quia aſtra inclinant
ad tale quid, non tantum imponunt neceſſitatem non pec-
cant.

Qui domum ſuam magicis & incantationibus
luſtrat vel huiusmodi homines in domum ſu-
am ducit cauſa exquirēdi aliquid ab eis arte ma
gica quinquēnio peniteat ſimiliter qui alijs hoc
conſuluit vt in c. Qui diuinationes &c. non li
ceat. xxvj. q. v.

Utrum ſuſpendere diuina verba ad collum ſit peccatum.
ad hoc Tho. loco ſupra allegato ꝙ in omnibus adiurationi
bus vel huiuſmodi ſcriptis duo videntur cauenda. Primū
quid ſit quod pꝛofertur vel ſcribit, quia ſi eſt aliquid ad in
uocationem demonum pertinens manifeſte ſuperſticioſum
⁊ illicitum, ſimiliter cauendum ſi contingant nomina igno
ta ne ſub illis aliquid illicitum lateat. Secundo cauendum
ne cum verbis ſacris contingantur ibi aliqua vana puta
aliqui caracteres inſcripti pꝛeter ſignum crucis, aut ſi ſpes
habeatur in modo ſcribendi aut legendi aut in quacumqꝫ
vanitate que ad diuinam reuerentiam non pertineat hoc
totum indicaretur ſuperſtitioſum, eodem modo qui poꝛtāt
reliquias ſanctoꝛum ad collum, quia ſi portāt ex fiducia dei
⁊ ſanctorum quoꝛum ſunt reliquie eſt licitum. Si aūt cir-
ca hoc attenderetur aliquid aliud vanum puta ꝙ vas ſit tri
angulare] aut aliquid aliud quod non pertinet ad reueren-
ciam dei ⁊ ſanctorum, eſſet ſuperſticioſum ⁊ illicitum.

De ſtilla ſanguinis altaris cadentis ſuper terrã vel aliquid aliud propter preſbyteri neglientiã ob id preſbyter penitere debet xl. diebus ſi vero ſuper palla altaris ceciderit, quatuor diebus peniteat vt in c. ſi per negligentiam de conſe. diſtin. ij.

Quociensc͂ūꝗ ſanguis ceciderit extra calicem ſtatim ⁊ reuerenter recoligatur diſcretiori modo quo fieri poterit ⁊ in calicem refundatur, ſi aūt recolligi nullatenus poſſit cito lambatur cum lingua vel ſorbeatur aut ſugatur per ſacerdotem ne vel defluat vel imbibatur rei ſuper quam cecidit nec obſtat ſi nondum ſumpſit corpus chriſti quia neceſſitas hoc cogit vt ſanguis ſumatur ante corpus vbi vero ſacerdos hoc non poſſet tã celeriter facere vel vbi de hoc graue ſcandalum timeretur ſi ipſe hoc faceret tunc poteſt ⁊ debet miniſtrans ad miſſam ſi ſaltim ſit diſpoſitus adminus per veram contritionem ⁊ propoſitum confitendi hoc facere ⁊ precipue ſi celebrans verbo vel ſigno id me iubeat. Et ſi miniſtrans non ſit diſpoſitus poterit ⁊ debet hoc alius diſpoſitus facere, etiam ſi ſit laicus neceſſitate ad hoc cogente. Melius eſt eñ id facere quam quod enormis irreuerentia fieret ſacramẽto vt puta ꝙ canis vel aliud animal incipiat lambere vel de ſuper mingere aut ꝙ pedibus conculcetur aut alia huiusmodi irreuerencia abhominabilis contingat. Si preterea ſanguis ceciderit in terram vel ſuꝑ tabulam aut aliquid huiuſmodi poſt actionem eorum que iam dicta ſunt radatur locus quem tetigit ⁊ quod abraſum fuerit comburatur, ⁊ cinis intra altare vel ſacrariū recõdatur. Si aūt lintigium altaris vnum vel plura tetigerit fiat poſt ſupra dicta trina lotio illius vel illorum cum aqua munda calice ſuppoſito vt in illum aqua ablutionis recipiatur que poſtea ſumatur a celebrante vel miniſtrante ſi tamen propter nauſeam ſumi non poſſet recondatur ſuper altare vel mittatur in piſcinam, ſic etiam agendum eſt ſi ſu

per veſtem conſecratam ſanguis ceciderit, ſi vero veſtem non conſecratam tetigerit poſt trinam ablutionem factam reſcindatur illa pars veſtis ⁊ ĩ altari vł ſacrario cũ reliq̃ijs reponatur vel comburatur, ſi ſacerdoti hoc magis expediẽs videatur ⁊ cineres recondantur vt ſupra dictum etiam eſt vt veſtis illa non aſſumatur in vſum priorem ſed vel veſtis conſecranda ex ea fiat vel recondatur aut comburat̃ vt ſupra. Simili modo agendum videtur. Si ſanguis tetigerit capillos vel barbam ſacerdotis figenda eñ eſt ablutio vt ſupra ⁊ abraſio capillorum vel barbe ⁊ poſtea cõbuſtio vt ſupra. Si aũt tetigerit caput vel faciem aut aliam partem corporis nudam ſufficit ꝙ diligenter ⁊ diſcrete lauentur ⁊ de ablutione fiat vt ſupra. Quid aũt agendum ſi ſanguis ex toto effundatur ita ꝙ nihil penitus maneat in calice quod ſumi poſſit ſolutio, ſi de effuſo aliquid recolligi poſſit vel lambi aut ſorberi aut ſugi agendum eſt vt in ſolutione precedentis dubij tactum eſt, ſi aũt nullum illorum fieri poſſet ne ſacramentum maneat imperfectum preponendus eſt calix denuo cum vino ⁊ aqua ⁊ vlterius procedendum eſt ſicut in caſu quo calix poſt cõſecrationem corporis vacuus deprehenditur vel mixto liquore preparatus vt puta ꝙ ſolum ſit aqua tunc dicenda ſunt verba conſecrationis que debent fieri ſuper calicem.

Si quis Euchariſtiam proprer ebrietatẽ vel voracitatem euomuerit ſi laicus peniteat xl. dieb⁹ ſi clericus vel monachus vel preſbyter ſiue diaconus lxx. peniteat diebus. Si vero Epiſcopus lxl. diebus, ſi vero cauſa infirmitatis euomuerit vij. diebus peniteat vt in c. ſi quis per ebrietatem de con. diſt. ij.

Quid agendum ſi quis poſt aſſumptionem corporis chriſti ſtatim faciet vomitum ſolutio reuerenter recoligantur ſpecies panis ſi diſcerni poſſunt ⁊ reponantur in ſacrario vel ſumantur ab aliquo ſi ſaltem aſſit aliquis ad ſumendũ

diſpoſitus abſq; nauſea ⁊ ea in quibus inuente ſunt ſpecies comburantur ⁊ cineres in ſacrario recondantur.

Quando mus corrodit vel comedit corpus criſti ſiue ſacramenti hoſtiam ſacerdos xl. diebus peniteat. Qualem aūt penitentiam agere debet explicatur in c. Qui bene non de con. diſtin. ij. & Bonauen. ſuper iiij. ſenten. diſtin. xiij. lacius videatur.

De mure ſi animal illud ſtatim apprehendi poſſit aperiatur corpus eius ⁊ diligenter perquiratur tam in ore quam in īteſtinis ſi alique ſpecies inueniri poſſunt que ſi inueniantur recoligantur ⁊ recondentur in ſacrario, corpus vero animalis comburatur ⁊ cineres ſimiliter recondentur qui bene non cuſtodierit ſacrificium ⁊ mus vel aliquod animal illud comederit xl. diebus peniteat. Qui aūt perdiderit illud in eccleſia aut pars eius ceciderit ⁊ non inuenta fuerit xxx. diebus peniteat quid agendum ſi hoſtia conſecrata per ventū vel aliquo alio modo fuerit amota de altari ⁊ a miſſa ſolutio fiat diligentiſſima perquiſitio ad inueniendum hoſtiam que ſi inuenta fuerit reuerēter reponatur ⁊ procedatur in miſſa, ſi vero inueniri non poſſit accipiatur noua hoſtia ⁊ reincipiatur canon ⁊ conſecretur deinde procedatur more conſueto.

Qui domum vel arcam voluntarie accendit ſublata vel incenſa omnia reſtituat & tribus annis peniteat vt notatur in c. ſi quis domum extra de iniurijs quod ſi ex odio vel iniuria id fecerit excommunicari debet nec abſolui donec ſatiſfecerit & iurauerit ꝙ ignem de cetero non imponat. Imponatur aūt ſibi vt Ieroſolimam vel in Hiſpaniam vadat in dei ſeruitio anno inte-

gro ibi moräturus ſed ſecundum leges qui in ci uitate opera data incendium fecerit ſi ſit humi- lis ſubiciatur beſtijs ſi ſit in aliqua dignitate de- capitetur vel in inſulam relegitur l. finali ff. de incendijs ſecundum hoſtienſem aũt debet com buri in igne per eum ſtructo.

Quia exceſſibus ſingulorũ nõ ſolũ quãtitas ⁊ q̃litas delicti Sed etas ſcientia ſexus atq̃ conditio delinquentis ſunt at tendenda ⁊ non ea ſolum ſecundum predicta, ſed ſecundũ locum ⁊ tempus quo delictum ſ. fuerit perpetratũ ꝯmuni- ter vnicuiq̃ pena debet iudici cum idem exceſſus magis ſit in vno quam in alio puniendus de homicidio caſu vel volun. c. ſicut dignum.

Qui cõmunionem dederit vel acceperit ab he- retico & neſcit hoc ab eccleſia prohibitum & poſtea intelligit peniteat vno anno ſi vero ſci- uit peniteat x annis vel ſecundum aliquos vij. vel vt alijs placet quinquennio penitentiam a- gat. Qui vero hereticum celebrare ꝑmittit miſ- ſam in eccleſia catholica periuris ignorantiã xl. diebus peniteat, ſi vero pro reuerentia eius per annum peniteat ſed ſi pro damnatione eccleſię proiciat ab eccleſia ſi impenitẽs fuerit alioquin x. annis penitere poteſt, ſi vero relicta eccleſia & ad hereticos tranſierit & alios ad hoc induxe rit peniteat xij. annis vt notatur in c. ſi quis de- derit xxiiij. q. j.

Patronus qui res eccleſiaſticas dilapidauit vno anno peniteat vt notatur c. filij xvi. q. vij.

Et male rapta" reſtituet per annum abſtineat a ſacramētis Eccleſiaſticis. Si laicus eſt quia dicit textus excommoni-cationis anime ſentenciam ſuſtinebit. Si clericus depone tur xij.q.ij.c.apoſtolicos ⁊ c.abbatibus.

Qui pacem cum proximo ſuo non facere iurat vno āno a cōmunione corporis & ſanguinis do mini ſit ſegregatus reatum ſuum elemoſinis & lachrimis & quantis potuerit ieiunijs abſoluat vt in c. Que ſacramento li.q.iiij.

Qui ſcienter rebaptiſantur vij.annis peniteant & quarta & ſexta ferijs & tres quadrageſimis ie iunent & hoc ſi fecerint pro hereſi introducen-do. Si aūt pro mundicia putauerint tribus annis ſimiliter peniteant vt in c. Qui bis de conſe,diſ. iiij. & extra de apoſtatis & rebap.c.ex litterarū de pena vero talium lacius habetur c.eos de cō-ſe.diſtin.iiij.

Vbi habetur ꝙ tales debent penitere vſq; ad extremam horam ⁊ ſi ſunt ſacerdotes Epiſcopi ꝛc.debent priuari cō-munione vſq; ad extremam horam quia in articulo mortis debent commonicari more laicorum videlicet ſub vna ſpe cie panis.

¶ Tria ſunt ſacramenta que iterari non debent propter impreſſionem caracteris id eſt.ſigni ſpiritualis in animam ſ.baptiſmus ordo ⁊ confirmatio,ſiue hereticus ſit ſiue ſciſ-maticus ſiue facinoroſus quiſq; in confeſſione ſancte Trini tatis baptiſaret non valet ille qui baptiſatus eſt a bonis ca tholicis rebaptiſari. Ne confeſſio vel inuocatio tanti nomi nis videatur Amulari id eſt, deſtrui de con.diſtin.iiij. c. ſiue hereticus.

Quicunq̄ꝫ vxorem adulteram cognoſcit ante-
quam peniteat vt notatur in c. Si quis ſecundo
xxxij.q.i. Qui vero cognoſcit eam penitentem
ante penitentiam peractam peniteat duobus ā-
nis vt in c.ſi quis primo eadem queſtione, ſed
quomodo mulieri penitentia ſit iniungēda par-
tum alterius ſupponenti, vel etiam de non ſuo
viro concipienti habetur extra de peni. & re-
miſſ. c. officij & tantum de canonibus peniten-
tionalibus dictum ad preſens ſufficit.

Circa quod nota q̄ nō valenti ſine periculo ſatiſfacere de delicto non eſt penitentia iniungenda. Secundo nota q̄ ꝓpter periculum excuſetur hec mulier ſed glo. ſequens ſentit aliam ſolutionem multum duram vt hec penitentia nō ſit mulier infructuoſa durante fraude. Sed dic melius colligendo dicta doctorum maxime Innocencij. Qui aūt nullum periculum in reuelando veritatem ⁊ veriſſimile crederetur mulieri. Et tunc mulier peccat non reuelando ⁊ durante fraude hec penitentia non eſt fructuoſa ita intelligitur gloſa ſequens. Aut non crederetur mulieri nec habet probationes promptas. Et tunc ſatis eſt q̄ pentieat abſq̄ꝫ eo quod detegat quia ex quo vinet q̄ probare non poſſet debet tacere ne panis inducat ſcandalum quam aliq̄ꝫ vtilitatem. Argumentum ij.q.vij.c.pleriſq̄ꝫ. Aut mulier habet probationes promtas vel veriſimiliter ſibi crederetur ſed ſubeſt periculum mortis in modo reuelando eſt periculum rerum ſed in reuelando eſt periculum animarū ⁊ corporum. Ideo mulier conſtituta inter hec duo mala debet eligere minusmalum ⁊ ſic tacere xiij. diſtin.iij.c. verbi.

Excuſum Cracouię à Floriano Vnglerio.
Anno à Chriſto nato. M. D. xxxiiij.